Et si quis Bajulus recusaverit aliquid facere in omnibus de his, quae ad eorum officium spectant, et ad istantiam specialis, et particularis personae, pro qualibet, et vice qualibet in decem solid. puniatur.

Si vero ad istantiam D. Comissarii, seu eius Curiae DD. Priorum, et officialium d.i Comis. seu Rectorum, et Procuratorum Ecclesiam, et Antepositorum predictorum in duplum in qualibet dd. casuum vice qualibet puniatur

Volumus etiam, quod d.i Bajuli habeant, et habere debeant pro eorum salario mercede, et labore eorum officii, prout et sicut DD. Priores, et Consilium speciale eis in qualibet anno, seu mense ordinatum fuerit solvend. per Camerarium dicti Communis.

Et si aliquis d.orum Bajulorum aliquam salvam citationem, et relationem fecerit, in decem libris denar. pro prima vice puniatur, si civilis causa fuerit, si vero criminalis in duplum puniatur, pro secunda autem vice ad Catenas d.i Comis alligetur, et per unum diem continuum permanere volumus die festivo tunc sequent. palam, et publice itaquod ab omnibus videatur, et a dicto suo officio amoveatur, et in quolibet dictorum casuum ad damna, expensas, et interesse parti contra quam dicta citatio facta fuerit omnino teneatur.

= De ordine retinendo per Viarios et eorum Officio =

Statuimus, et ordinamus, quod omnes, et singuli Viarii in d.o Statu VS quolibet in suo Castro, villa, et loco infrascriptum ordinem servent VS quod teneantur, et debeant d.i Viarii infra terminum unius Mensis immediate sequent. una cum Antepositis locorum dicti status VS quolibet respective in suo Castro, Villa, et loco, et vocatis adiacentibus viarum teneatur, et debeat revidere omnes, et singulas vias publicas, in pertinentiis loci, Castri, seu villae suae Iurisditiones revidere, et illas ab utraque parte, prout tendunt possessiones convicinorum de loco, ad locum terminare per immissionem, et affixionem terminorum iuxta ordinem Capituli inferius descripti de Viis aptandis, et si in ptis d.i Viarius, et Antepositi p.ti fuerint negligentes in libris quinque pro quolibet ipsorum puniantur, et nihilominus, ire, et terminare teneantur ut supra sub dicta poena, et successione per viarios subsequentes revideri debeant, et si repertae fuerint exterminatae reterminari debeant, et termini appositi, et affigi in loco ubi prius positi et affixi fuerint.

Et si aliquis ex Adiacentibus non contentaretur de d.a remissione termini presumatur eumdem d. terminos elevasse, et puniatur in poena quinque librarum denariorum pro qualibet termino, de quo non contentaretur reponi in loco suo, et pristino ut supra elevato, et nihilominus d. remissioni terminorum acquiescere teneatur sub d.a poena, et illud idem dicimus de viis vicinalibus, quando in predictis a partibus, vel altera earum essent requisiti.

Et omnes, et singulae lites, et questiones, quae verterentur inter quoscumque de d.o statu, occasione terminorum viarum, tam Communalium, quam vicinalium itinerum transituum, et Aditorum quomodocumque, qualitercumque videre difinire, et terminare teneantur, valeant, et possint.

Et si d.ae partes inter quas esset aliquod scretium, seu discordia occasionibus supradictis, et non contentarentur de terminatione, et definitione d.i Viarii d.ae partes possint, et debeant recurrere ad Magistros viarum, qui magistri una cum d.o viario vadant ad locum, ubi d.a discordia verteretur, et ipsam videre, et deffinire teneantur, et debeant sub paena unius librae denar. pro quolibet ipsorum, et vice qualibet.

Teneanturque, et debeant supradicti viarii, et quilibet ipsorum in suo Castro, villa, et loco tantum vias vicinales, et Communales, et huiusmodi supradicts per adiacen. ipsarum viarum manuteneri facere vacuas, libras, et expeditas, et quicquid in diffinitione supradictarum viarum actum, et definitum fuerit modo p.to per d.s viarios, et massarios predictos valeat omni modo.

Qui viarius habeat, et habere debeat pro suo labore pro d.o terminatione a quolibet Adiacente pro qualibet possessione, terra, seu loco in totum solid. duos denar. pro quolibet Adiacente.

Et si aliquid de huiusmodi viis superius nominatis vel aliqua earum aliquis apprehenderit, vel occupaverit, aut quomodocumque, et qualitercumque devastaverit, dictus Viarius teneatur facere reactari, et in pristinum statum reduci, si per aliquem gradientem, et gressum habentem per huiusmodi vias supradictas dicto Viario fuerit relamatum.

Qui viarius in suo Castro, Villa, et loco habita tali reclamatione praecipiat Adiacentibus, et illi qui huiusmodi vias, vel aliqua ipsarum devastasset quod in termino competenti per dictum Viarium assignan. hujusmodi vias debeat in pristinum statum reducere, et si quis negligens fuerit in non reducendo ut supra paena viginti solid. puniatur, et similiter si dictus Viarius in predictis negligens fuerit eadem paena puniatur et nihilominus predicta exequi teneatur sub d.a paena, de qua reclamatione d.o Viario facta stetur, et credatur verbis reclamantis, et uno Testi, et iuramento de novo prestan.

Volumus autem, atque declaramus, quod omnes, et singulae viae tam communales, quam vicinales, quando fieret discussio viarum per Viarium, et Magistros viarum, quod quaelibet via de huiusmodi nominatis, quae indicata fuerit per dictos viarios, et Magistros esse bona d. Comissarius eiusque curia stare, et acquiescere teneatur eorum simplici verbo et absque aliquo Iuramento de novo prestan.

Volumus autem quod si quis propria auctoritate exterminasset aliquam viam Communalem, Vicinalem, Aditum, sive transitum consuetum a decem Annis citra teneatur, et debeat huiusmodi vias relaxare, et in pristinum statum reducere infra unum Mensem, sub paena quinque

8v

librarum salvo non exterminata eſset ad melioramentum, et de consensu Viarii et Magistrorum, vel maioris partis ipsorum illius castri Villae, seu loci in cuius tenimento dicta via eſset.

Addicientes etiam, quod quaelibet ipsarum viarum, quae fuerit iudicata a Viariis eſse degustata Adiacentes contravenientes in decem sold. denar. pro qualibet, et vice qualibet puniatur.

Addicientes quod si quis exterminaſset terminos immiſsos per d.o Viarios pro definitione confinium generalium, et particolarium personarum debeant remitti in loco unde fuerint extracti, seu exterminati. Sumptibus Exterminantis, et dictus Exterminans paena vigintiquinque librarum denariorum puniatur penitus pro quolibet termino, et vice qualibet.

Volumus etiam quod d.i Viarii B. quilibet in suo Castro, villa, et loco teneatur, et debeat denunciare, et referre d.o Comiſsario, seu Curiae d.i status omnes, et singulas rixas contentiones et maleficia, quae fieret per aliquas personas cum Armis, percuſsionibus, Administrationibus, et quocumque insultu contra aliquam personam in Castro, villa, seu loco suae Iurisditionis inter terminum trium dierum a die commiſsi maleficii dummodo de predictis notitiam habuerit verisimilt.r vel habere potuerit sub paena quinque librarum denariorum.

Verba autem inter aliquos quomlt prolata nisi insultus administrationes, et percuſsiones superintervenerint, et nisi verba fuerint valde iniuriosa absque comiſsione partium, seu partis offensae d.i Viarius referre, et denunciare non teneatur, et quatenus referret, et denunciaret eius relatio, et denunciatio non admittatur, et in aliquo nullatenus valeat, seu procedere poſsit, et Curiam relevet.

Volumus autem quod d.o Viario liceat pro suis occurrentiis accedere quo voluerit etiam extra territorium d.i Status, subrogando tamen loco suo de d.o Castro, villa, seu loco, idoneum cum consensu p.ti D.ni Com.rii seu Curiae.

= De electione Sindici, et Notarii, et eorum Officio =

Statuimus et ordinamus quod quilibet Syndicus, et Notarius qui pro tempore fuerint per Priores ut supra electi ad Sindicatum D. Comiſsarium, et ad regimen d.i Comis deputatum eiusque officiales inquisitionem generalem formari debeat contra eos, ac testes summarie, et de plano recipere, libros, et scripturas dd. officialium bene perquirere, et investigare, et si in aliquo deliquerint, et contra formam presentium Statutorum fecerint, eosque absolvere, et condemnare prout eos impunibiles, seu punibiles reperierint. Adeo quod factis bannimentis de eorum Sindicatu, et responsione d. inquisitioni cum idoneis fideiussoribus de hominibus d.i Comis debeant per quatuor dies continuos hora congrua causarum residere, et ius, et iustitiam ministrare cuilibet petenti, et per quatuor d.s dies teneatur, et debeat per eius diffinitivam sententiam condemnatoriam, seu absolutoriam

dictum Sindicatum expedire, et similiter idem dicimus de sindicatu Priorum Communis et quarumcunque aliorum officialium d.i Comis et si in praedictis p.tj Sindicus, et Notarius fuerint negligentes in non expediendo d.um Sindicatum intra d.m terminum quatuor dierum post prestitum per eos iuramentum paena quinque librarum quilibet ipsorum contrafaciens puniatur nisi iustam et rationabilem causam et excusationem habuerint quae sit Discretioni DD. Priorum, et pro eorum deputato salario habeant et habere debeant de pecuniis d.i Comunis pro quolibet Sindicatu VB praedictus Sindicus carlenos duos.

Volumus autem a sententia d.i Sindici unusquisque sentiens se gravatum possit appellare et prosequi teneatur prout et sicut superius in capitulo de Iuramento D.ni Comissarii circa finem latius declaratum extitit.

Addicientes quod Notarius ad faciendum computa Camerariis, et Exactoribus Comis et etiam ad sindicandum D. Comissarium, et officiales non debeat nec possit elegi Cancellarius et Actuarius qui pro tempore fuerit ad scribendum introitus, vel exitus Camerariorum et etiam intervenerit ad acta Civilia et criminalia D. Comissarii, et Curiae; sed alius loco quo eligat cum salario quatuor Carolenor. pro quolibet sindicatu, unius baiocchi pro qualibet petitione seu productione bol. unum pro qualibet teste examinato, et pro quocumque alio actu baiocchum unum pro quolibet vero computo Exactorum, recipere possit usque in summam duorum Carolenorum et non ultra.

= Quod nullus extractus seu deputatus possit officium sibi comissum refutare =

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto statu qui fuerit electus aut deputatus in officialem d.i Comis VB in Priorem, Iuvantem, Camerarium, Ambasiatorem, Sindicum, viarium, Exactorem, seu in quemcumque alio nomine nuncupant officialem d.i Comis, seu ad aliquid faciend deputatus, possit aut debeat aliquo modo et colore quesito officium sibi commissum refutare, si quis contra fecerit paena quinque librarum puniatur, et nihilominus d. Commissum sibi officium facere et exercere teneatur et debeat nisi iustam et rationabilem excusationem habuerit approband per D. Comissarium et eius curiam, quam excusationem quo ad Priorem tantum Prior qui fuerit ut premittitur extractus, teneatur, et debeat proponere D. Comissario et eius curiae, et Prioribus tunc residentibus per octo dies ante debitum tempus introitus officii d. Priorum et prout per d. Curiam et Priores fuerit declaratum exequutioni demandetur

Et si talis sic extractus, et deputatus negligens fuerit in proponendo seu proponi faciendo in redeundo, et declarari non fecerit ut supra paena librarum quinquaginta pro qualibet et vice qualibet condemnetur, et puniatur.

= Quod nullus Debitor Communis possit aliquod Officium exercere =

Statuimus, et ordinamus quod nullus de dicto statu qui sit Debitor d.i Comis tam occasione Camerariatus et collectarum quam quacumque alia de causa possit aliquod officium facere et exercere nec ad illud quoquomodo nisi primo omne id, et totum, et quidquid tenetur solvere, et dare in Communi integre, et cum effectu satisfecerit in manibus generalis Camerarii d.i Comis ante d.i Officii ingressum, et Priores pro tempore existentes, qui talem debitorem d.i Comis admiserint, seu receperint paena quinque librarum pro quolibet contrafaciente puniatur, et nihilominus talis Debitor a d.o Officio si illud ingressus fuerit penitus reiciatur, et quod per aliquod depositum, seu promissione excusari non possit, nisi prius facta vera actuali et integra satisfatione in manibus d.i Camerarii

Quod quilibet Notarius possit Capitula praesentis Statuti Copiare, et = nemini liceat extra Palatium asportare =

Statuimus, et ordinamus quod omnes, et singuli Notarii de d.o Statu valeant, et possint capitula pntis statuti copiare et quilibet Comissarius, seu ad regimen deputatus teneatur, et debeat cuilibet Notario petenti p.tum Statutum ad hoc ut ipsi Notarii extrahere valeant capitula p.ta et d.i Notarii d.m Statutum extra Palatium, seu domum habitationis officialium portare non debeat. Declarantes etiam d.m volumen Statutorum nemini licere extra Territorium d. Status aliquo modo asportare, seu asportari facere absque expressa licentia D. Comissarii, et Priorum pro tempore existentium, si quis vero contrafecerit paena quinquaginta librarum condemnetur, et puniatur et nihilominus reportare, et reconsignare teneatur sub dicta paena.

= De Officio Aestimatorum =

Statuimus et ordinamus quod DD. Priores in principio eorum officii eligere teneantur duos Aestimatores pro quolibet Castro, et loco ad aestimanda omnia bona quomodocumque existentia in bonis locorum ubi sunt electi quilibet eorum respective, et in casu discordiae, vel suspitionis tres alios idoneos viros in aestimatores unum pro quolibet terzerio, qui aestimatores Communitatis dicantur, et habeant auctoritatem aestimandi bona, res, et damna, sive de mandato Iudicis, sive de consensu Partium eis fuerit ordinatum aestimatoribus quorum vel maioris partis eorum in casu absentiae alterius vel discordiae standum sit, quam aestimationem referant, prout partes erunt concordes, vel in actis si aestimaverit de mandato D. Comissarii, vel Curiae infra decem dies, sub paena unius librae pro quolibet, et vice qualibet et pro mercede accipere possint pro quolibet sol. duos, et pro quolibet miliario a Castro Praecepti, et Castro materillae incipiene

Declarantes, quod in causis minimis a quinq. florenis infra unus eorum habita voce, et licentia aliorum aestimatorum possit de per se aestimare, et referre, quibus aestimationibus stari, et acquiesci ordinamus.

De Officio Magistrorum Viarum

Statuimus et ordinamus quod in quolibet principio Anni infra decem dies DD. Priores teneantur sub paena unius floreni pro quolibet eorum eligere, et creare tres idoneos viros, unum pro quolibet terzerio in Magistros Viarum, et sint illimet qui fuerint in aestimatores Comunis electi, qui Magistri debeant conservare, dirigere et de novo facere ubicumque eis necessarium, et opportunum videbitur vias publicas, et vicinales per totum Statum. Quorum mandatis pareant Viarii, et quilibet de p.te Statu pro refectione, reparatione, constructione viarum, sub paena unius librae pro quolibet, et vice qualibet ipsis Magistris, et Exequtoribus applicand.

Hec non conservare teneantur viam ad usum Pedestrium continue, et undique paenes ripam fluminis, Maris, et secundum eiusdem Fluminis cursum deviationem sive murationem etiam si d.a via alias non fuerit, et hoc fiat expensis Dominorum terrarum, et possessionum.

Item conservare faciant omnes, et singulas aquas fontium, et rivorum secundum antiquum cursum, et derivationem, vel prout eis melius videbitur expedire, tam ad usum publicum, quam privatum, et praedicta visitare et revidere teneantur in quolibet Semestre, et quandocumque requisiti fuerint a partibus vel curia sub paena unius floreni pro quolibet et vice qualibet, et presens statutorum non praeiudicet Statutis de Officio Viarii, et de viis aptandis.

Ego Johannes de Iudicibus.

SECUNDUS LIBER DE CIVILIBUS

De ordine Causarum Civilium

Statuimus et ordinamus, quod in Civilibus Causis talis ordo servetur, quod usque in quantitatem quinque librarum sufficiat stetur, et credatur probationi, et dicto unius testis fide digni una cum iuramento d.o Actori deferendo in supplementum semiplenae probationis.

Et quod usque in quantitatem quinque librarum Curia teneatur, et debeat procedere summarie de facto, sine strepitu, et figura iudicii, solaque facti veritate inspecta, omni tela iudiciaria postposita, et absque aliqua petitione, responsione testiumque, examinare, nulloque alio actu quomolibet in scriptis fiendo in iudicio, et extra, partes intelligere, et eorum iura, testes summarie recipere iuramentum parti deferre, causam expedire, prout eidem Curiae videbitur iustum, et rationi consonum per eius pronunciam diffinitivam, quae solum, et dumtaxat per acta describatur, ad effectum ut p.tae Causae decisio reperiatur

Si vero Reus comparverit, et confessus fuerit coram Curia se aliquid debere d.o Actori, et fuerit rei petitae quantitas usque in quantitatem quinque librarum per Curiam Reus cogatur ad solvendo d.o Actori antequam secedat de Palatio.

A dictis vero quinque libris supra usque in quantitatem decem librarum per d.am Curiam terminus detur ad solvendam trium dierum ex tunc proxime futurorum.

A dictis vero decem libris supra usque in quantitatem viginti quinque librarum d.o Reo terminus detur quinque dierum

A dictis vigintiquinque libris supra usque in quantitatem quinquaginta librarum detur terminus octo dierum.

A dictis vero quinquaginta libris supra quecumque fuerit quantitas terminus detur d.o Reo ad solvendum una cum expensis legitimis quindecim dierum, et lapsis d.d. terminis ad petitionem d. Actoris per d. Curiam in scriptis detur licentia exequendi contra d. Reum suum debitorem, et confessum realiter, et personaliter prout d. Actori melius videbitur expediri pro petitis et expensis

Volumus tamen et declaramus in omnibus causis civilibus si Reus reperiretur in Palatio, quando per Curiam residetur ad iura reddendum non sit opus aliter citare, sed Actor contra ipsum reum presentem faciat petitionem, sin aut fieri debeat unica citatio personaliter una die pro altera, aut duae citationes diversis tamen continuatis diebus pro altera die iuridica sequenti, et adveniente termino competenti per dictum Actorem fiat petitio

Et si dictus Reus in termino citationis fuerit contumax, Actor iurare teneatur, quod ea quae petit non animo caluniae petit, et sibi non est in aliquo satisfactum, et tunc per ipsam Curiam concedatur licentia exequendi contra dictum reum super bonis d.i Rei contumacis

pro quantitate petita, et expensis legitimis, primo Mobilium, secundo stabilium, tertio nomina debitorum in duplum, et si bona invenientur mobilia, seu stabilia, in quibus d.° Actori tenuta data fuerit, et ipsa tenuta data, et capta terminus detur ut supradictum est per Baiulum d.i Communis ad recolligend. et reluendum d.m tenutam, et executionem factam una cum expensis, quas semel tantum, pro illa eademet causa refici volumus, respondendo tamen petitioni Actoris in eademet actu refectionis expensarum affirmative negando, vel confitendo terminum prout supra secundum quantitatem rei petitae in confessis fuerit declaratum.

Elapso vero d. termino d. Reus personaliter, aut domi solitae habitationis citetur ad eligendum suum aestimatorem d. tenutae.

Et in d. Citationis termino eligantur duo aestimatores ad aestimandum d. tenutam de Hominibus adiacentibus d. tenutae partium non attinent. usque in tertium gradum consaguinitatis inclusive B unum per Actorem, et alterum per Reum si comparaverit, sin autem per d. Curiam. Qua aestimatione facta ad petitionem d.i Actoris fieri debeant duo bannimenta diversis diebus, cum intervallo duorum dierum pro quolibet bannimento per publicum Baiulum ad fenestras Palatii residentiae Curiae, et uno alio bannimento in Castro, villa, seu loco solitae habitationis d.i Rei et si quis vellet emere d.m tenutam, ut supra datam, et captam in tenutam ad instantiam d.i Actoris, quod infra terminum duorum dierum coram Curia compareat, et plus offerenti vendatur.

Et si quis in aliquo termino dictorum bannimentorum compareret, et afferet plusquam fuerit aestimata, seu illud quod fuerit aestimatum, tunc per Curiam d.a tenuta, seu tanta quantitas d. tenutae in solutum, et pagamentum ex secundo decreto, quantum capit mensura debiti petiti, et pro expensis legitimis, et taxatis per dictam Curiam adiudicetur creditori pro sexta parte minus quam fuit aestimatam.

Liceat tamen d. Reo non ostante d. adiudicatione d.a bona ut supra adiudicata, aut vendita ut supra reluere intra terminum quindecim dierum a die venditionis, seu adiudicationis, et notificationis eidem, a domi, vel personaliter quomodolibet facta si quantitas fuerit quinquaginta librarum et ab inde infra.

Si vero fuerit a quinquaginta libris supra triginta dierum a die venditionis, seu adiudicationis, et notificationis ~~ettam supra~~.

Solvendo tamen effectualiter d.° Emptori, seu Actori sortem principalem petitam, et expensas legitime in causa factas et taxatas.

Et quod ubi non reperiuntur de bonis Debitoris in quibus d.a tenuta Actori, ad petitionem d.i Actoris procedatur contra Debitorem ad cogendum eum personaliter, prout per Actorem d.e Curiae fuerit postulatum

11v

Volumus etiam, quod si oblationibus bonorum quae fierent .... facta estimatione similiter fiat adiudicatio d. Actori pro sexta parte minus valeris rei estimatae, absque aliquo alio termino reluendum, solvendum, et satisfaciendum.

Addicientes quod in exequutionibus fiendis ad instantiam Actoris exequi quoquomodo non debeat super Bobus aratoriis, et instrumentis ad arandum deputatis, neque super sementa illius anni deputata, neque super vestimentis mulierum, linteaminibus coopertis, et aliis pro lecto deputatis vestimentis, et armis militum ad servitium militiae, et Hominum deputatis, et si aliter fieret d. tenuta et exequutio inde facta nullatenus valeat.

Et dictus Actor semper et omni tempore ad restitutionem dictorum bonorum oblatorum penitus teneatur, et pt.a locum habeant quando alia bona mobilia, seu stabilia aut nomina debitorum reperirentur, quae ad satisfationem d. Actoris pro petitis, et expensis sufficere possint.

Volumus autem quod omnes et singulae causae tam civiles, quam criminales definiantur modo et ordine infrascripto V3. quod Curia teneatur et debeat diffinire, et terminare questiones civiles infra duos menses a die litis inceptae

Et questiones criminales in termino quatraginta dierum ad paenam decem librarum ac litis expensarum partis instantis, pro expeditione refectione, seu satisfatione pro qualibet vice, et qualibet questione, et processu, dummodo ab aliqua ipsarum partium semel tantum fuerit petitum vel postulatum.

Et quod omnis questio Abatianorum quae mota erit in d.o Statu diffiniri, et terminari debeat ibidem, et non alibi; et si secus fieret non valeat ullo modo, et nihilominus contraveniens in quinque libris absque aliqua diminutione puniatur, nisi aliqua allegabilis causa suspitionis seu gravaminis appareret

= De Libelli Oblatione =

Statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis causis civilibus non excedentibus summam, seu valorem quinquaginta librarum per Curiam d.i Comitis ius summarium reddatur, et non possit aliquid opponi contra petitionem factam occasione solemnitatis omissae

Teneaturque d. Reus antequam decedat de Palatio d.o petitioni respondere, et confitere, aut negare contenta in d. petitione dummodo de contentis in d.a petitione p.tus Reus verisimiliter scientiam, aut notitia habuerit, et habere potuerit.

A dictis vero quinquaginta libris supra Actor seum in scriptis exhibeat libellum, seu petitionem, et si Reus comparuerit, et copiam petierit teneatur Actor dictam copiam suis sumptibus dare dicto Reo, seu eidem per baiulum d.i Comitis transmittere cum termino quinque dierum utilium, et peremptorii a die receptae copie proxime connumerandorum per dictam Curiam assignandi ad opponendum quicquid vult, et potest contra dictum libellum, et si per dictam ipsum

in dicto termine oppositi fuerint exceptiones, quae habeant impedire litis contestationem, tunc per Curiam pronuntietur litem non esse contestandam super tali libello, seu petitione stantibus dictis exceptionibus.

Et si dictae tales exceptiones non fuerint, quae valeant impedire litis contestationem, vel quod Reus in terminum sibi statutum exceptiones non produxerit, tunc per Curiam pronuntietur litem esse contestandam super d.º libello, seu petitione, et cogantur ambe partes ad praedicta, et deinde per Curiam terminus decem dierum detur parti incumbenti ad probandum, intra quem terminum testes ad iuramenta recipienz, et probationes fiant, deinde ad petitionem cuiuslibet partis eorum dicta, et attestationes fiant, cum toto Processu aperiantur, et publicentur, et partibus, ad accipiendum copiam, et opponenz contra terminus quinque dierum statuatur, postea producantur iura et instrumenta .... deinde concludatur in causa, et demum prout de iure per Curiam proferatur.

Volumus autem et declaramus, quod in omni, et quacumque causa ordinaria, aut extraordinaria, minori, ac maiori si per d. litigantes, aut aliqua ipsarum fuerit petitum consilium sapientis quandoque ante latam sententiam, quod tunc, et eo casu per d. Curiam concedatur, et concedi debeat sumptibus tamen d. petentis, et instantis causam sic expediri facto tam deposito per eam penes curiam, seu idoneam personam de condecenti salario, et mercede pro consultore, et Nunciis. infra terminum quinque dierum post instantiam factam pro expeditione d. Causae ut supra, intra quem terminum per partem instantem habita consideratione litis, et causae dictum salarium effectualiter deponi debeat et iura d.rum partium una cum toto Processu insaccultentur, et sigillentur, et sic insaccultata, et sigillata alicui sapienti partibus non suspecto transmittatur, et prout consultum fuerit p.tus D. Com.us seu ad regimen deputatus suam proferat sententiam, et nil aliud pro sportulis recipere, et haberi possit nisi usque in summam duorum Tuliorum dumptaxat, et non ultra.

Et si pro parte d.i litigantis seu instantis differatur d.m Processum extrahi, et transmitti infra terminum supradictum, seu salarium preditum deponi. tunc et eo casu p.tus D. Commissarius, seu ad regimen deputatus ad ulteriora procedere possit pro expeditione causae, et prout iuris fuerit difinitivam proferat sententiam, non obstantibus allegatis ut supra.

Addicientes quod in omnibus, et singulis causis tam civilibus. quam criminalibus aliquae nullitates non attendantur neque attendi debeant seu possint dummodo non sint concernentes legitimationem personarum, aut incompetentia Iudicis, et citationis

= Quomodo debeat fieri Partitum in Civilibus =

Statuimus et ordinamus quod in Causis civilibus defectum probationis liceat cuilibet pacto facere partium alteri cum eo litiganti offerendo ei quod iuret, aut referat si petita per eum fuerint, et sint vera, quod quidem iuramentum sit et ipse debeat dictarum partium litis decisione, et si iurare noluerit quod iuramentum pt.te offerenti deferatur. et prout iuratum fuerit per Curiam d. Comis executioni demandetur.

Quod quidem iuramentum pro interesse dd. partium in futurum reprobari non possit, nec ad Fisci instantiam.

= De modo allegandi absentiam =

Statuimus et ordinamus quod quicumque fuerit de dicto statu vel eius districtu absens, et citatus vel requisitus fuerit coram Curia d. Comis ad petitionem cuiuscumque personae, seu Curiae ad respondendum de iure, vel quacumque alia occasione quilibet attinens sive vicinus, et quecumque alia persona possit, et sibi liceat coram ipsa curia personaliter comparere et talis citati, vel requisiti absentiam allegare, recepto prius iuramento a Curia Comis. qui iuret manibus tactis scripturis quod non allegat d. absentiam causa prorogandi tempus d. tali absenti, et Curia Comis debeat assignare d. tali absentiam alleganti terminum competentem ad faciendum comparere d.m requisitum absentem secundum distantiam loci, ubi d. citatus permanserit, prout ipsi Curiae melius videbitur convenire, et pns capitulum locum habeat tam in civilibus quam in criminalibus causis

= De executione Instrumentorum =

Statuimus, et ordinamus, quod omnia, et quaecumque instrumenta publica, quae producerentur per quamcumque Personam contra aliquem, quae sint scripta manu alicuius publicae personae pro quacumque, summa, et quantitate per simplicem petitionem absque solemnitate libelli summarie executioni demandetur realiter, et personaliter, prout producenti videbitur expedire, non obstantibus quibuscumque dummodo non appareant vitiosa, cancellata, vel in aliqua eorum parte suspecta, salvo quod non essent occasione ludi prohibiti, et tunc per Curiam minime admictantur, sub paena viginti quinque librarum pro qualibet vice, qua per Curiam d.i Status fuerit contrafactum, et nihilominus ipsa Curia cogat ambas partes ad solvendum paenam pro ipso ludo.

= Qualiter fideiubens pro aliquo indemnis conservetur =

Statuimus et ordinamus quod si quis pro aliquo fideiusserit in civilibus, criminalibus causis, seu mixtis, seu quacumque alia causa, ipse fideiubens nullo modo per Curiam d. Comis cogatur si et in quantum principalis pro quo fideiussio facta fuerit habeat unde solvat, sed ipse principalis si habet unde solvat primo conveniatur quam ipse fideiussor

Et si dictus principalis non habet unde solvat, seu Curiae non paruerit, tunc ipse fideiussor cogi, constringi possit, et si dictus fideiussor quomodocumque et qualitercumque, coactus fuerit pro ipso Principali, et aliquid pro eo solverit aut aliquod damnum receperit, tunc Curia vinculo Iuramenti ad petitionem d. fideiussoris d. Principalem cogere, et constringere realiter et personaliter de facto, et sine strepitu, et figura iudicii ad restitutionem eorum una cum interesse quod ipse fideiussor pro d. suo principali substinuerit, aut passus fuerit sub poena decem librarum, et omne et totum quod ipse fideiussor pro ipso principali solvisset, ab ipso principali penitus conservetur indemnis.

= Qua forma Forensibus Ius summarium fiat =

Statuimus et ordinamus quod forensibus coram Curia d. Status venientibus fiat eis ius sommarium per d. Curiam prout consueverit hominibus d. Status in loco illo unde fuerit d. talis forensis, sed de hoc d. talis forensis legitimam fidem produxerit, sin autem modo, et ordine supradictis inter Terrigenas d. status, et si d. forensis coram d. Curia aliquid petierit ab aliquo d.ⁱ Status, et ille a quo aliquid peteretur per dictum forensem vellet ipsum forensem reconvenire Tunc d. forensis per d. Curiam nullatenus audiatur, nisi prius prestet idoneam fideiussionem de iudicio sisti et iudicatum solvere.

Et si per aliquem de d.ᵒ Statu aliquid peteretur contra d.ᵐ forensem per d.ᵐ Curiam sibi similiter ius summarium fiat.

Si vero aliquis de d.ᵒ statu aliquid recipere deberet ab aliquo forense, qui forensis coram Curia d.ⁱ Comi convenire non possit, et ipsius forensis aliqua bona in d.ᵒ statu reperirentur, tunc Curia recepta fide per Actorem per publicum Instrumentum, aut per idoneos testes de d.ᵒ debito contra d.ᵐ forensem ad petitionem d.ⁱ Actoris teneatur, et debeat d.ᵃ bona d.ⁱ forensis facere sequestrari, et si d. forensis intra terminum per d.ᵐ Curiam eidem assignans coram ipsa Curia non comparuerit eidem actori de iure respondens Tunc per dictam Curiam ad petitionem d.ⁱ Actoris attendatur circa expeditionem Processus, et adiudicationem, et pagamentum d. Actori pro quantitate, et expensis legitimis, si vero d. forensis in d.ᵒ termino coram d.ᵃ Curia comparuerit, et solutionem debiti petiti per publicum instrumentum, vel per idoneos testes, aut alias quomolibet legitimas probationes, et se ad d. debitum non teneri docuerit, Nunc d.ᵃ Curia teneatur, et debeat d. forensem absolvere a dicto debito contra eum petito sine strepitu, et figura iudicii, et petentem in Centum sol. denariorum condemnare, et ad restitutionem damnorum, et interesse forensi praedicto.

Addicientes, et declarantes quod in allegatione alicuius suspecti de fuga, in primis, et ante omnia Curiae d. status constare de debito per publicum instrumentum, sed saltem per semiplenam probationem debeat, et eo casu licentia exequendi manu Actuarii scripta contra d. forensem suspectum, aut eius bona concedatur et si aliter concederet in poenam quinquaginta

librarum, et ad refectionem damnorum expensarum et interesse dicto ut supra in suspectam allegato, et detempto in suo sindicatu condemnetur.

Liceat tamen unicuique forensi dare et prestare idoneam cautionem et fideiussionem de stando iuri et iudicatum solven. per idoneos homines d. Status, qua cautione prestita ab omni suspitione et detemptione liberetur.

De ordine retinendo in Appellationibus.

Statuimus, et ordinamus, quod si esset lata, aut data aliqua sententia aut pronuntia definitiva, aut interloqutoria per D. Comissarium, seu ad regimen Deputatum et Curiam d. Status contra aliquem et ille talis contra quem lata, et data fuerit intra terminum decem dierum a die late dictae sententiae seu pronuntiae proxime subsequentium connumerandorum appellaverit ad Ill.mum Dnum Albericum Cybo Malaspina, seu eius Auditorem aut Locumtenentem teneatur et debeat d. Appellationem intra alios decem dies immediate sequentes prosequi et seu una cum toto Processu totius causae clauso et sigillato suis sumptibus extracto per manus Actuarii d. Curiae cum Citatione partis fien. presentare et causae huiusmodi definitionem reportare coram curia d. Status parte citata intra terminum aliorum triginta dierum sequen. et proxime connumeran. et decurrendorum.

Alias si in alio ex praedictis defecerit d.a sententia et pronuntia ut supra lata, et data valeat, et teneat pleno iure et amplius per d. Curiam super dicta appellatione non audiatur.

De pœna Actoris non comparentis hora debita

Statuimus, et ordinamus quod quilibet Actor, qui aliquem citare fecerit personaliter aut bis domi coram d. Curia d. Status et in termino ipsius citationis non comparuerit coram ipsa Curia, et talis sic citatus personaliter se presentaret coram d. Curia aut eius legitimus Procurator puniatur talis Actor summarie per ipsam curiam in decem solidis denariorum, qui sint d. talis citati, et comparentis loco interesse, et dictus Actor amplius non audiatur per dictam curiam, nisi prius solverit dictam penam, et contumaciam ut supra

Qualiter Pupillis Orphanis, Viduis, et Ecclesiis ius summarium fiat.

Statuimus et ordinamus quod per Curiam d. Comiss., Pupillis, Orphanis, et Minoribus viginti quinque annis, viduis Ecclesiis, et aliis miserabilibus personis, Ius favorabile, et summarium reddatur per simplicem petitionem, et absque solemnitate libelli, aliisque solemnitatibus omissis in iudicio et extra.

Et si quis contra aliquem minorem ut supra agere voluerit a quinque libris supra, quod in primis, et ante omnia provideri petat per d. Curiam eid. pupillo, seu minori de idoneo tutore, et Curatore pro tempore respetive et demum eius petitionem verificare per publicum Instrumentum, Apocam seu testes idoneos, alias per d. Curiam exequtio, et tenuta aliqua d. tali Actori non servata forma p.ta concedi non debeat, et si aliter fieret nullatenus valeat.

De Salario Scripturarum Civilium
= et Criminalium Causarum et Solutione Executionis =

Statuimus et ordinamus quod D. Commissarius, et quilibet alius ad regimen Deputatus eius Actuarius, Cancellarius, sive Notarius Curiae tam in Civilibus, quam Criminalibus causis eiusque executores, et officiales infrascriptum tantum salarium petere, et habere possint, et si aliud ultra sibi quomodocumque solvere fecerint, aut ab aliquo receperint in duplum in eorum sindicatu reddere et restituere condemnetur per sindicum d. Comis Dicto tali a quo illud plus receperint, et in tantumdem pro paena.

Quod si quis petierit aliquem aliquam pecuniarum summam, seu aliquid aliud coram d. Curia, d. Actor teneatur, et obligatus sit solvere pro capitibus solidorum pro quolibet floreno per eum petito, seu illius valore rei petitae d. Curiae pt. Illmi Dni quatrenos duos currentes describend. per d. Canam paenas d. petitionem VB in Margine d. petitionis seu Acta in libro Actorum Civilium dictae Curiae descriptg.

Et si aliquis d. Capita solidorum non solverit nullatenus audiatur et per Curiam ad concessionem executionis, seu Tenutae et ad aliquos alios actus non devenietur, et si aliter fieret nullatenus valeat.

Nec non pts. D. Commissarius, et quilibet alius ut supra ad regimen Deputatus habeat, et recipere possit pro eius mercede ac emolumentis infrascriptas summas, et quantitatem iusta Taxam, et notulam inferius descriptam, et non ultra, sub paenis et refectione supradict.

Pro sigillo per eum impresso in quolibet mandato, tam sub nomine singulariae personae, quam etiam cuiuscumque numeri, et diversarum personarum esset bol. unum

Pro sigillo literarum Remissorialium, seu in Causa cuiuslibet Processus Appellationis interpositae, seu Recursus petiti ad ptum. Illmum D. seu eius Auditores, et locumtenentes describendarum per Notarium Causae, seu Causarum in totum computo dicto sigillo Processus, et literarum bol. duos.

Pro iuramento alicuius suspecti de fuga cum commissione de capiendo, aut alia sua bona arrestando bol. duos

Pro examine cuiuslibet Testis, tam in Civilibus quam Criminalibus Causis absque articulis in scriptis datis, et formatis seu productis bol unum pro quolibet teste

Pro quolibet teste examinato per extensum super Articulis, et interrogatoriis bol duos pro rata sibi tangente

Pro iuramento decisivo pro rata sibi tangent bol unum.

Pro examine seu responsione Principalis super positionibus productis per verbum credit, vel non credit pro ipsius parte in totum bol unum

Pro accessu ad videndum aliquam differentiam ad instantiam, vel de consensu partis, seu partium si esset in Castro Matenillae, seu Precepti, et eorum Burgis in totum recipere possit carolenos duos, et non ultra

Si esset extra dicta Castra Matenillae, et Precepti in eorum tamen pertinentiis carolenos tres

14v

In alijs vero Castris, villis, et locis, et eorum pertinentiis Comis Status praedicti carolenos quartuor in totum.

Si vero ptus. D. Comissarius ad regimen Deputatus esset V. I. D. recipere possit in duplum, modo locis, et ordine superius Declaratis.

Declarantes tamen d. viaticum deponi debere per partes, seu partem penes Notarium Causae, et I. D. Comissario, seu ad regimen deputato dari, et solvi non debere nisi prius diffinita causa principali ad quam videns pro decisione veritatis factis accessit.

Pro quolibet sententia, et pronuntia diffinitiva penes acta desenbenda recipere possit prout infra.

Si summa esset unius floreni, et ab inde infra bol. duos.

Si vero esset ab uno floreno usque in duos florenos bol quatuor.

A dictis vero florenis duobus usque ad florenos decem bol octo.

A dictis vero decem florenis usque in quacumque summam, et quantitatem bol sexdecim, et non ultra.

Et hoc locum tm habeat in Comissariis ad Regimen deputatis qui non essent I. V. D.

Si vero esset I. V. D. petere, et habere possit pro d. sententiis, et pronuntiis diffinitivis, et earum sportulis usque in summam florenorum duorum, et ab inde infra bolonenos quatuor, ab inde ~~infra~~ vero sopra bol unum pro quolibet floreno usque in summam sexaginta florenorum.

Ab inde vero supra quaecumque fuerit quantitas florenos duos et non amplius.

Pro quolibet decreto, per eum interponend in transumptis Instrumentorum Notariis defuncti, seu in venditionibus, et alienationibus fiendis per minores, et miserabiles personas, et alijs rebus, et Causis super premissis, in quibus de iure, et ex forma statutorum interpositio decreti requiritur recipere possit bolonenos quatuor.

Pro sententiis Criminalibus Absolutoriis petitis, et obtentis, si esset paena pecuniaria recipere possit prout sopra declaratum est in Causis Civilibus.

Si vero esset Capitalis pro uno tantum, et absque aliquibus socijs florenos quatuor.

Si vero essent plures, et ultra constituti et requisiti florenos duos pro quolibet et non ultra.

Si vero esset corporis afflictiva, et ex forma iuris, aut presentium statutorum imponend medietatem prout sopra declaratum est in capitalibus recipere possit, et non ultra.

Pro pronuntia, et mercede cassaturae petitae, et obtentae cuiuslibet processus et sententiae in causis criminalibus, in qua pena esset imponend usque in summam vigintiquinque librarum, et ab inde infra bol quatuor.

A dictis vero vigintiquinque libris supra, quaecumque fuerit quantitas recipere possit Carolenum unum, et si paena esset capitalis recipere possit carolenos quinque si vero esset corporis afflictiva carolenos duos

Pro pronuntiis vero interlocutoriis in Civilibus neque in Criminalibus causis nil recipere possit,

et si contra Contumacem relaxaretur Exequutio nisi esset in contradictorio Iudicio, et totius causae Decisiva, et tunc ut supra modo, et ordine Declarato.

Pro taxa expensarum, quaecumque fuerit quantitas bol. quatuor.

Pro pronuntia absolutionis petitae et concessae cuiuslibet causae, et Denuntiae, et querelae seu inquisitionis, etiam ex Officio Curiae, aut ad instantiam partis formatt pro quolibet inquisito bol tres.

Notarius vero Causarum Civilium, et Criminalium recipere possit pro eius mercede iuxta infrascriptam Taxam VZ

Pro qualibet abolitione concessa, cum cassatione Processus formati tam ex officio, quam etiam ad Accusam, querelam, seu Denuntiam partis, una cum quocumque acta, sive comparitione propterea facta in totum recipere possit bol. tres pro quolibet Inquisito.

Pro Cassatione cuiuslibet sententiae condemnatoriae, seu Processus, si paena esset usque in summam vigintiquinque librarum bol quatuor, a Dictis vero vigintiquinque libris supra, quaecumque fuerit quantitas recipere possit bol sex

Si vero esset paena Capitalis Carolenos quinque

Si vero corporis afflictiva Carolenos Duos

Pro responsione inquisitionum, et fideiussione prestita De stando iuri in totum computato actu bol duos.

Pro qualibet promissione, et fideiussione De non offendendo simpliciter usque in tertium gradum bol duos. pro quolibet parte

Si vero esset nominata et comprehensi essent usque in numerum quinque personarum bol duos pro qualibet parte, si vero essent nominati, a quinque personis supra bol quatuor pro qualibet parte

Pro quacumque vero alia promissione sub quacumque alia forma facta De non Discendendo et similibus concernentibus officium Curiae bol Duos

Pro scriptura inventarii ex causa Confiscationis bonorum bol quatuor, De aliis vero inventariis bol duos.

Pro scriptura cuiuslibet sententiae Absolutoriae cum circumdatione totius Processus, si quantitas penae esset usque in summam vigintiquinque librarum computato actu bol quatuor.

Si vero esset a Dictis vigintiquinque libris supra usque in quantitatem quinquaginta librarum computato actae bol sex, a Dictis vero quinquaginta libris supra quaecumque fuerit quantitas bol octo.

Si vero paena esset capitalis, aut aliter ultimi supplitii bol viginti

Si vero ~~esset~~ corporis afflictiva bol sexdecim

Pro copia cuiusmodi sententiae capitalis, seu corporis afflictivae in publicam formam redactae bol vigintiquatur.

15v

Si vero eſset simpliciter extracta carlenos duos.

Pro petitione simplici penes acta descripta bol unum.

Pro productione scripturae, etiam si plures eſsent unico actu producte, computato actu bol duos

Pro responsione incontinenti per verbum presente in confitendo, vel negando nil recipiat. Si autem fecerit aliquas alias contradictiones, et exceptiones pro qualibet responsione etiam si eſset sub verbo presente recipere poſsit bolonenum unum.

Pro productione testium computato actu, et iuramento bol duos

Pro examine cujuslibet testis, tam in Civilibus, quam Criminalibus Causis examinati simpliciter absque Articulis et interogatoriis pro ipsius parte bolonenum unum. Si vero eſset cum Articulis, et interogatoriis pro eius parte bolonenos duos et non ultra.

Pro iuramento decisivo bolonenum unum

Pro Articulis, sive Positionibus per verbum credit vel non bol unum.

Pro quolibet mandato in scriptis, etiam si plures eſsent in eodem mandato pro una eademque causa, bol unum.

Pro Relatione tenutae penes acta descripta bol unum

Pro relatione notificationis pro qualibet penes acta descriptis bolonenum unum

Pro electione aestimatorum super appreccio tenutae, et exequutionis cum relatione, et iuramento bol quatuor in totum.

Pro relatione appreccii facti in dannis datis computato iuramento bol duos.

Pro procura penes acta simpliciter descripta bol unum.

Pro sententia seu laudo Arbitrorum, seu Arbitratorum bolonenos quatuor.

Pro compromiſso penes acta simpliciter descripto pro qualibet parte bol unum.

Pro scriptura cuiuslibet pronuntiae, seu sententiae diffinitivae usque in summam quinque librarum bol duos, et ab inde infra tantumdem, Ab inde vero supra quaecumque fuerit quantitas bolonenos quatuor.

Pro copiis vero tam in Civilibus, quam Criminalibus causis pro qualibet carta scriptis ab utraque facie, et qualibet facies contineat ad minus quindecim versus, et quilibet versus ad minus quindecim sillabas bol duos, et si eſset in publicam formam redactae bolonenos tres pro qualibet carta ut supra descriptae

Pro copia cuiuslibet pronuntiae, sive sententiae diffinitivae, quae eſset summa usque in quinque lib. et ab inde infra bolonenos duos. Si vero eſset a d.ᵗⁱˢ quinque libris supra usque in quantitatem decem florenorum bol octo.

A dictis vero florenis decem quaecumque fuerit quantitas bol duodecim

Si vero eſset in publicam formam redactae ut supra in duplum recipere poſsit.

Pro accessu ad videndam aliquam differentiam una cum Dno Comissario, et Curia intus Castrum Matenillae et praecepti et eorum Burgos recipere possit bol quatuor in totum, si vero esset extra, et dictorum Castrorum pertinentiis bol sex.

Si vero esset in aliis locis d. Status bol octo, et non ultra.

Pro iuramento allegat. suspecti de fuga ex causa civili bol duos

Pro Bulletta exequend. in civilibus bol unum.

Et si tam in civilibus, quam in Criminalibus causis copia pluribus litis consortibus danda foret, si erint a duobus infra solvant pro una copia, si a duabus usque in quinque pro duobus copiis et ab inde supra pro tribus copiis; itque vendicet sibi locum tam in examinatione testium, quam in omnibus actis.

Executores et officiales vero curiae pro eorum mercede infrascriptam taxam recipere possint, et non ultra sub poenis et refectione supradeclaratis.

Pro qualibet exequutione effectualiter facta, si quantitas esset usque in quantitatem decem librarum, et ab inde infra quatrenos duos currentes pro qualibet libra. A dd. vero decem libris ut supra usque in summam viginti quinque librarum quatrenum unum pro qualibet libra.

A dictis vero viginti quinque libris supra usque in quantitatem triginta florenorum, quatrenos quinque pro qualibet floreno.

A dictis vero florenis triginta supra usque in quamcumque quantitatem carolenos quatuor, et non ultra

Connumerand. semper a principio quantitatis et ab uno usque ad dictam summam adeo quod plus quam carolenos quatuor in totum recipere non possint.

In causis vero criminalibus in duplum recipere possit.

Declarantes in criminalibus causis recipere posse exequutionem, dummodo exequutio effectualiter fiat post latam sententiam condemnatoriam, et lapso termino ad solvend. alias si prius facta fuerit nihil recipere possit. Et predicta locum non habeant in Capitalibus, et maleficiis pro quibus committens maleficia esset suspectus de fuga contra quem possit exequi, inventarium facere, malefactores capere, et alia facere ad eorum officium spectantia, prout ex forma praesentium statutorum disponitur.

Declarantes illas tantum personas esse suspectas quae non subiacent iurisdictione Curiae d. Status, et quae in bonis stabilibus non haberent in pertinentiis d. Status quae essent ad valorem poenae condemnationis

Pro captura cuiuslibet personae repertae in fragranti crimine vel quomodocumque pro quo ex forma praesentium statutorum veniret imponenda poena ultimi supplitii, vel aliter corporis afflictive computata quacumque carceratione, et detentione per quamcumque tempus fuerit in totum florenum unum.

16v

Si quis vero pro huiusmodi Delictis non fuerit aliter captus per curiam sed sponte comparuerit, et pro eius excusatione in carceribus constituerit, recipere possit medium florenum pro qualibet persona et non ultra.

Pro listis vero Debitorum Communis, Ecclesiarum Alepositorum, locorum vel cuiuscumque alterius universitatis summarie exequi solitis recipere possit baiocchum unum pro qualibet persona pro quacumque summa esset.

In listis vero officii damnorum Datorum aliquam excusationem minime recipere possint sed effectualiter exequutionem facere teneantur cum sit ratione offitii de quibus D. Consanus suam portionem et ratam recipit.

Et si negligentes fuerint non faciendo exequutionem predictam toties quoties ab offitialibus D. datorum fuerint requisiti condemnentur in eorum sindicatu in libris decem pro quolibet et ad damna, et interesse reficiend. d. Officialibus damnorum datorum ob retardationem eorum exequutionem

Declarantes etiam quod pro una eademque causa non possint tempore eorum officii recipere nisi unicam tantum exequutionem et non ultra licet plures exequutiones fuerint.

Et quod in omnibus et singulis exequutionibus ab eis in futurum fiend. nullo modo exequi possint sine balletta et licentia Curiae, et sine licentia Baiuli d. Curiae quem in omnibus et singulis exequutionibus fiendis intervenire volumus, et mandamus, et si aliter fiet d. exequutio in alio locum non habeat praefatique exequutores et officiales contrafacientes incidant in poenam decem librarum pro quolibet et qualibet vice et nihilominus ad restitutionem d. exequutionis factae absque alia mercede et solutione eisdem fiend. Dno, et Prond. d. rei ablatae omnino teneatur.

De Salario Procuratorum

Statuimus et ordinamus quod quicumque fuerit electus in Procuratorem ab aliquo d. Status, forense possit petere et recipere ab eodem constituente illud salarium et mercedem pro ut inter eos in principio aut alio tempore convenerint sin autem inter eos conventio non intervenerit possit petere pro suo salario solidos viginti, et hoc in fine Causae et possit d. Procurator comparere et interesse in omnibus actis fiendis coram Curia pro d. Causa in qua fuit electus.

Quod res Communis si petitum fuerit dividantur

Statuimus et ordinamus quod si quis coram Curia d. Status comparuerit, et cum aliquo seu aliquibus consortibus rem Communem petierit esse divisam ius summarium fieri debeat sique solutione capitum solidorum, et ac praesenti lege sancimus quod quicumque petierit coram Curia divisionem fieri de aliqua re communi tum curia communis teneatur et debeat

postequam sibi plene constiterit D.^m rem esse Communem precipere parti adversae quod d.^m divisionem faceat cum tali eiusmodi divisionem petente infra quindicim dies continuos a die facti praecepti quod si non fecerit incurrat in paenam centum solidorum den. et nihilominus d. divisionem facere teneatur ut supra

Quod Successiones non apprehendantur absque autoritate Curiae.

Statuimus et ordinamus quod successiones in posterum alicui ab intestato succederent nullus de dicto Statu vel eius destrictu audeat vel presumat d. successionem apprehendere absque licentia et autoritate Curiae.

Excepto si esset Pader, Mader, aut frater tales apprehendentes qui decederit ab intestato et qui contra fecerit in decem libris den. puniatur non obstante aliqua lege in contrarium loquente.

Quod relicta ad Pias Causas solvantur

Statuimus et ordinamus quod Curia d.^i Status teneatur et debeat D. Abbati Monasteri S. Petri de Terentillo, et suis Monacis aliisque Ecclesiis, et locis piis, Presbiteris, et miserabilibus personis recepta fide de illis relictis et legatis per publicum instrumentum vel per duos idoneos testes huiusmodi relicta per aliquem tam mortuum ad pias Causas facta fuisse ius summarium redderet et facere teneatur.

Addicientes quod d. Curia de omnibus aliis successionibus d.^i Monasteri et aliarum Ecclesiarum, et locorum piorum d.^i Status d.^o Abbati aliisque sacerdotibus ac procuratoribus quarumcumque Ecclesiarum et locorum piorum ius summarium facere teneatur de facto sine strepitu et figura iudicii, solaque facti veritate inspecta et absque aliquo salario, et mercede solvenda, sed gratis et amore Dei, sub vinculo per eum prestiti iuramenti, et paena decem librarum pro quolibet, et vice qualibet contrafaciente

Quomodo Minor viginti annis possit Contractus et Oblicationem facere

Statuimus et ordinamus quod minor viginti Annis non possit, nec valeat contractum et obligationem aliquam facere cuiusque generis absque licentia verbo et voluntate sui curatoris, si curatorem habeat, sin autem duorum consanguineorum propinquorum in tertio gradu ex paterna linea.

Et si consanguineos ex paterna linea non haberet sufficiat presentia duorum Proximorum ex Materna linea usque in tertium gradum inclusive, et si aliter fieret non valeat ullo iure, salvo quod si non haberet aliquos consanguineos ex paterna, vel materna linea.

Tunc sufficiat presentia sacerdotis Parochialis d.^i loci, vel duorum proximorum convicinorum, et bonae famae, seu cum decreto Curiae d. Status.

Et tunc fiat mentio per Notarium in contractu quod d. tales ad presentiam praestantes consanguineos non habeat, et hoc ordine quidquid factum fuerit valeat omni modo, et iure.

Minor vero viginti annis valeat et possit absque aliqua presentia, et consensu contrahere, et facere

17v

et quicquid per dictum Maiorem factum fuerit valeat, et teneat, prout ac si fuisset maior vigintiquinque Annis.

Quomodo Sententiae in Civilibus, et Criminalibus Causis ferri debeant

Statuimus et ordinamus quod sententiae in civilibus et criminalibus causis moderate ferri debeant. Et quod Curia Comis d.i Status teneatur, et debeat omnes, et singulas sententias civiles, et criminales, tam Absolutorias, quam condemnatorias ferre et dare ad banchum iuris in Palatio solitae Residentiae et in presentia DD. Priorum si commode haberi potuerint. Si vero non potuerint haberi sufficiat presentia ad minus quinque testium de d.o Statu legitime tamen citatis, seu monitis dictis Partibus, et si aliter fieret dictae sententiae nullatenus valeant, et exequi quoquomodo non possint.

De pena Ementis, et Vendentis rem ad alterum pertinentem

Statuimus et ordinamus, quod nulla persona de d.o Statu audeat vel presumat rem alienam, vel alteri contingentem, seu alteri de iure alienatam, de qua lis, vel questio ventilaretur, vel esset necessarie emere vel vendere, nec emi aut vendi facere, donare, aut aliquo modo alienare, et ius, ac dominium trasferre aliquo quesito colore

Et si fuerit valoris centum sol. vel ab inde supra contrafaciens vero in viginti quinque libris denariorum condemnetur ab inde vero infra pro rata, et nihilominus d.a emptio, cessio, donatio, et quaecumque alienatio, et quidquid inde factum fuerit nullatenus valeat.

Et d. res sic ut supra vendita, donata, et alienata cessa, aut concessa damnum et preiudicium dantis, et recipientis amictatur, et Curiae, et ecclesiae illius loci, ubi bona praedicta reperiri contigerit de facto absque aliqua pronuntia, et declaratione inde fienda applicetur, et devolvatur, et devoluta esse intelligatur pleno iure.

Et curia in praedictis suo ex officio procedere possit per viam, et modum Inquisitionis, et repertos culpabiles condemnare ac punire modo, et ordine praedicto.

De questionibus, et litibus compromictendis

Statuimus et ordinamus quod omnis lis, et questio cuiuscumque quantitatis, et summae, quae ventilaretur coram Curia d.i Status inter aliquos coniunctos usque in tertium gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusive quandocumque ante sententiam, si ab aliqua partium vel per aliquem eorum consanguineum compromissum fieri postulatum fuerit debeat compromicti de iure, et de facto, omnique iuris solemnitate omissa, tam muniter attinentes, seu Communes amicos, et ipsi Arbitri teneantur, et debeant, dictam litem differentiam et questionem deffinire, et terminare infra unum mensem post celebrationem compromissi, si eis notificatum fuerit, sub paena decem librarum pro quolibet ipsorum.

Et Curia Comis cogat ipsas partes ad dictam litem, et questionem compromictendam

et dictos arbitros negligentes ad dictam paenam solvendum.

Et si dicta Curia in premissis negligens fuerit in vigintiquinque libris tempore sui Sindicatus condemnetur

E nihilominus dicti Arbitri dictam litem et questionem ab obstante lapsu termini d. Mensis infra terminum viginti dierum post lapsum mensem litem supradictum deffinire et terminare teneantur.

Et si in d.o tempore dicti Arbitri non essent concordes volumus quod d. partes de eorum concordia eligant, et eligere teneantur et debeant tertium Coarbitrum.

Et si dictae partes non erunt concordes in eligendo, seu eligere recusarent quod tunc et eo casu tertius Coarbiter eligatur a dictis Arbitris.

Et si dicti Arbitri non essent concordes in eligendo, quod tertius Coarbitrer eligatur per Curiam d. Status, qui Arbitri, et Coarbitrer post eorum electionem ut supra infra quindecim dies teneantur, et debeant talem litem, questionem et differentiam sententiasse, diffinisse, et terminasse sub dicta paena, de quibus tribus ad minus duo in concordia possint et plenam, ac omnimodam authoritatem habeant terminandi, et decidendi ut supra.

Et quicquid per dictos Arbitros, et in eventum descordiae per unum ex dictis Arbitris, et coarbitrii ut supra pro tertio deputate sententiatum et terminatum fuerit valeat, et teneat omni iure

Et ab eorum sententia, terminatione, et laudo appellari, provocari, neque etiam ad Arbitrium boni viri recurrere quoquomodo non possit sub paena in compromisso contenta, dummodo gravamen non excedat tertiam partem valoris sortis principalis, de qua compromissum factum fuerit.

Et quod tunc, et eo casu per partem gravatam, et lesam ut supra debeat deponi paenes Fiscum eiusdem status effectualiter tertia pars paenae in Compromisso appositae, et docere de suo gravamine, et lesione supradicta.

Quibus gravamine, et lesione prius doctis, et habita, et obtenta absolutione iuramenti in Curia d. Status in suo iure audiatur, et si aliter fieret nullatenus valeat, et ad solutionem dictae paenae Compromissi per Curiam Cogatur.

Et presens d. Capitulum volumus etiam locum habere inter quoscumque alios d. status etiam inter se non attinentes in litibus tamen et pretensionibus non excedentibus summam decem florenorum.

Volumus tamen presens Capitulum locum non habere ubi apparent publica instrumenta de petitis inter partes non obstante quod inter ess sint attinentes

Quod Mulier non possit aliquod genus contractus facere.

Stat. et ord.is quod nulla mulier possit aut valeat aliquid genus contractuum, aut Instrumentorum in quibus aut aliquis ipsorum se aut eius bona obligaret facere et contrahere, sine licentia

et Consensu, et voluntate sui viri sive alterius ex suis filiis maior quatuordecim Annis, si haberet et si non haberet filios nec maritum tunc cum presentia, consensu, et voluntate Duorum Proximioru ex linea paterna usque in tertium gradum inclusive. Et si non haberet ex linea Paterna tunc cum presentia, consensu, et voluntate Duorum proximiorum, consanguineorum ex linea materna usque in tertium gradum.

Et si consanguineos aliquos ex linea paterna, vel materna non haberet tunc sufficiat presentia Duorum proborum vicinorum d. mulieris qui sint maiores viginti quinque annis, aut sacerdotis Parrochialis Ecclesiae illius loci ubi esset d.ª Mulier.

Et si eius maritus et filius aut sui consanguinei et attinentes ut supra ditam eorum presentiam prestare noluerint, tunc et eo casu ad petitionem et instantiam Dictae tales mulieris, dictus Maritus et filius si eos haberet ut supra sin autem Duo ex dictis proximioribus consanguineis dictae mulieris citentur per publicum baiulum, sive Nuncium d.i Comy personaliter aut Domi eorumdem solitae habitationis ad comparendum in tali loco et die ad prestandum consensum et presentiam dictae mulieri volenti facere talem contractum, et Instrumentum.

Et per d. mulierem incusetur contumacia, et De dicta citatione, relatione, et incusatione contumaciae per Notarium in d.º instrumento fiat mensio et quidquid modo et ordine praed. factum fuerit cum praesentia tamen et Decreto in absentia tamen DD. citatorum valeat et teneat omni iure alias non servato ordine pred. nullatenus valeat.

Liceat tamen d. mulieri absque alia presentia et consensu alicuius ex praedictis testari, Codicillos, donationem ex causa mortis, et quamcumque suam ultimam voluntatem facere.

Quod si quis de dicto statu pro aliquo de dicto statu aliquid solverit conservetur indemnis

Stat. et ord. quod quicumque de d.º statu Terentille extra dictum statum esset coactus realiter et personaliter ad solvendum aliquid occasione alicuius debiti contracti per aliquem De Dicto statu, Curia d. Comy summarie et De plano sine strepitu, et figura iudicii sine libelli oblatione, et contestatione litis rogat et constrigat eum qui d. debitum contraxit, aut eius haeredes ad reficiendum solvendum et satisfaciendum omne id et totum quod dictus De Dicto statu solvisset pred. debito.

Nec non ad satisfaciendum omnia et singula Damna, et expensas, et interesse quae vel quas pro dicta causa passus fuisset

Et praedicta ordinatio habeat locum in represaliis iuste, vel iniuste concessis occasione alicuius Debiti contracti per aliquem de d. statu ut supra

Si tamen prius praedictus de d. statu occasione cuius fuerint represaliae concessae non fuerit protestatum, etiam per publica proclama per terras et loca d. Status non intimaverit quod omnes cavere debeant de tali loco, et fortius ubi tales represaliae fuerint concessae vel exequtioni mandari possint, et praed. in consp...

dic DD. Priorum, et Curiae praves acta desenbere fuerit alias d. debitor nullo modo se excusare possit

Quod qui non solverit Dativas ad bancum iuris non audiatur

Stat. et ord. quod quicumque non fecerit omnes factiones Comij et non solverit collectam seu collectas per libram et focularem ad praed. per curiam d. Comis cogatur, salvo quod non esset privilegiatus, vel aliquod ius haberet a d. Communitate, quo vel quibus non teneatur ad praed. faciendum.

Et si quis teneretur praed. facere et noluerit paena quadraginta solidorum pro qualibet et vice qualibet puniatur, et ad bancum iuris maleficiorum et civitium d. Comij d. tales debitores in suu favorem minime audiatur, et si curia fuerit negligens ad exigendam d. paenam seu adiret ad bancum iuris ut supra incidant in paenam quinque librarum pro qualibet, et vice qualibet auferendarum tempore sui Sindicatus.

Quod nulla Mulier possit venire ad successionem ab intestato morientis remanente ex eo prole masculina

Stat. et ord. quod mulier dotata a Patre, matre, fratre, sorore, Avo, Avia, Proavo, Proavia, Patruo, vel Avunculo non possit venire ad successionem de bonis talis dotantis, ab intestato morientis.

Si ex ipso, vel ipsa dotante proles masculina, et ex masculis orta remaneret, vel esset, sed sua tantum date tacitam permanere volumus et plus de bonis d. talis donantis vigore supplementi legitimae, et trebilianicae et ex quacumque causa petere et habere non possit.

Si vero d. mulier dotata non fuisset volumus eam dotari debere de bonis d. talis ab intestato morientis per d. eius prolem masculinam ad sensum et voluntatem duorum proximiorum consanguineorum d. talis ab intestato morientis, ac mulieris praed. habendo considerantionem ad domus bonorum, et familiae dicti talis ab intestato morientis.

Et in d. dote eam tacitam permanere volumus et plus petere, et habere non possit. Declarantes mulierem dotatam a patre censeri etiam dotatam a matre, et de bonis maternis.

Et ad conservationem lineae masculinae volumus aliam mulierem ad aliquam successionem venire non posse alicuius sui fratris, vel sororis extantibus aliis fratribus eiusdem seu alicuius eorum filiis, et liberis legitimis, et naturalibus masculis per lineam masculinam descendentibus

Si vero ex praedictis ut supra aliqua proles masculina non remaneret vel esset tunc ad successionem d. talis ab intestato morientis secundum iuris communis dispositionem venire possit

De modo et ordine dotandi Mulieres

Stat. et ord. quod post aperturam praesentium statutorum volumine, qualibet Dos danda inter contrahentes matrimonium in d. statu intelligatur esse sexaginta florenorum, et non ultra.

Et pro mobilibus, et iocalibus solitis, et consuetis tot bona quae sint valoris triginta florenorum dummodo aliter inter ipsos contrahentes conventum non fuerit.

19v

De negligentibus in petendo debitum

Stat. et ord. quod omnes, et singulae Mercedes et salaria, Pensiones, Responsiones, Terratica, Emendationes Damnorum Datorum peti debeant per habere debentem infra terminum trium Annorum.

Si quis vero fuerit negligens in non petendo infra terminum praed. mercede sibi debitam ex causa operum salariorum famulatus, pensiones Domorum responsiones, et terratica terrarum, emendationes, et appretia Damnorum Datorum, elapso d. termino ad praed. petendum per Curiam non audiatur, sed presumatur fuisse et ipse satisfaciendum, et solutum.

Et locum non habeat in Pupillis, et absentibus a dicto statu durante eorum pupillari aetate, et absentia usque in dictum terminum.

De Feriis mittendis in Civilibus Causis

Stat. et ord. quod in Civilibus causis, et questionibus et in ipsis Causis a Medietate Mensis Iunii usque ad Festum S.ᵗᵉ Mariae de mense Augusti sint feriae singulis Diebus d. temporis.

Et omnes questiones civiles remaneant in suis terminis, et iura aliquorum non minuantur usque ad terminum antedictum, et quod per officiales d. Comis observentur.

Et similiter volumus observari tempore vindemiarum VV per octo Dies ante finem mensis Septembris usque ad octo Dies mensis octobris proxime subsequentes, et plus, et minus prout DD. Prioribus, et Curiae videbitur expedire.

Sed in Criminalibus procedatur secundum formam praesentium Statutorum.

Addicientes huic capitulo sint, et ipse debeant feriae in Civilibus causis per tres Dies ante festum nativitatis D. N. Iesu xpi com octo diebus subsequentibus usque ad Calendas Ianuarii.

Itemque per tres Dies ante Cinerem, et tres alios Dies subsequentes, et in festo Paschatis Resurrectionis cum septem diebus praecedentibus, et duobus subsequentibus, et omnibus diebus Veneris Martii.

Et in omnibus festivitatibus Beatae Mariae Virginis Apostolorum, Evangelistarum, et Doctorum Ecclesiae, In festo S. Sebastiani S. Blasii S. Antonii S. Vincentii, S. Luciae, S. Catharinae S. Crucis, et S. Angeli de mense maii, et Septembris S. Benedicti S. Francisci, S. Bernardini S. Laurentii, S. Egidii, S. Manni, S. Felicis, S. Viti, et in aliis diebus, et festivitatibus ab Ecclesia preceptis, et quicquid in festivitatibus diebus, et tempore praed. in Civilibus causis actum fuerit, sit ipso iure nullum.

De Tabulis in Curia servendis

Stat. et ord. quod per D. Commissarium et DD. Priores conservetur in Curia ubi residet tabula in qua descriptae sint solutiones fiend. de actis et scripturis secundum dispositionem praesentium Statutorum.

Nec non aliam continentem taxam instrumentorum, et aliorum actorum Notariorum secundum

Capitula Collegii Matriculae Notariorum, ac etiam alia tabula gabellae, seu pedagii Status Terentillae in quibus tabulis describantur vulgari sermone, ut ab omnibus posit intelligi.

De iure Congrui Consortium et Agnatorum

Stat. ed ord. quod quilibet habens rem immobilem, et eum vendere et alienare voluerit, teneatur requirere, et vendere vicino pro iusto pretio, et si vicinus non fuerit requisitus, posit eamdem rem redimere ab emptore postquam de ea notitiam habuerit infra tempus unius anni et si fuerit requisitus habet tempus quindecim dierum redimendi pro eo pretio quo fuerit vendita, vel iusto precio ad electionem vicini.

Et si plus fuerint vicini ille preferatur qui habet rem vicinem maioris pretii et valoris. et postea sequatur ordo vicinorum.

Et si vicinus inferior pretii et valoris emere voluerit constituere faciat per D. Comissarium vel Curiam vicinis superioribus terminum decem dierum utrum emere velint, et si infra dictum tempus non deliberaverint intelligantur eorum iuri renuntiasse.

Si quis autem rem communem immobilem habuerit, et vendere vel alienare voluerit, teneatur pro iusto pretio vendere consorti eo modo, et forma servata ut supra, et in hoc casu preferatur consors vicino.

Et si quis rem patrimonialem habuerit, et vendere, vel alienare voluerit teneatur requirere et vendere agnatis masculis usque in tertium gradum inclusive secundum computa Doctorum pro iusto pretio, et si plures fuerint Agnati in eodem gradu preferatur maior gradu.

Et si quis dispari gradu preferatur proximior modum, et formam servans ut supra in primo capitulo dictum est. et si requisiti non fuerint habeant tempus redimendi unius anni et si requisiti fuerint emendi vel redimendi habeat tempus quindecim dierum.

Res autem patrimonialis esse dicatur, quae fuerit patris, vel ascendentium et in hoc casu Agnatus praeferatur vicino non autem consorti, et in casibus pred. minoribus de decem octo annorum non currat prescriptio, nisi eorum tutores, vel curatores fuerint ut supra requisiti.

Scientia autem dictis casibus esse dicatur in illis quibus denuntiatum, vel intimatum fuerit venditio vel alienatio facta fienda, et presenti in statu, et viginti absentibus currat prescriptio redimendi.

Iustum praetium esse dicatur id quod inter vicinos, consortes vel Agnatos fuerit conventum, vel aestimatio fiat precii, et valoris pro aestimatores Comis consideratis considerandis omnibus

Et si aliqua melioramenta in praedictis rebus facta fuerint redimere volentis, teneatur secundum aestimationem fiendam per aestimatores Comis et praedicta locum non habeant quando res daretur in dotem

20v

TERTIUS LIBER DE MALEFICIIS

De paena blasfemantis Deum e Beatam Virginem Mariam et alios Sanctos Caelestis Curiae

Statuimus, ed ordinamus, quod si quis de dictu statu, vel forensis in eius destrictu maledixerit, seu blasfemaverit quomodocumque Deum Patrem omnipotentem, eius filium Jesum Christum, Spiritum Sanctum, qui nobis cuncta bona confert, Beatam Virginem Mariam, eius Matrem omnium peccatorum advocatam.

Pro prima vice in decem libris denariorum sine aliqua diminutione puniatur et nihilominus Curia dicti Communis, sub vinculo per eam prestiti Iuramenti teneatur, et debeat d. Blasfemantem in carceribus mittere et per vigintiquatuor horas retinere sine aliqua commestione, et potu sub paena vigintiquinque librarum.

Sin autem pro secunda vice maledixerit, seu blasfemaverit in libris viginti puniatur, et carceretur, et retineatur, ut supra.

Si vero blasfemaverit tertio, pro dicta tertia vice blasfemans ligatus debeat stare de die publice et palam ad Merlinam Palatii d. Status residentiae Curiae per decem horas continuas et nihilominus in libra suprad. puniatur.

Si vero quarta vice maledixerit, seu blasfemaverit tamquam consuetudinarius ad Triremes ad arbitrium Illmi Dni condemnetur.

Et si quis dixerit per lo rinegato, pro lo scorticato, per lo schiavellato, per lo Crocifisso ad onta, a dispetto di Dio in libris octo vice qualibet puniatur.

Si quis dixerit per lo sangue, per li chiodi di Dio, vel iuraverit per aliqua alia verba non declarata in quatraginta solidis pro qualibet vice puniatur.

Et si quis maledixerit seu blasfemaverit Beatos Apostolos Petrum et Paulum Advocatos, et Protectores d.ti Communis, seu alios duodecim Apostolos in quinquaginta libris vice qualibet puniatur.

Et si quis maledixerit, seu blasfemaverit aliquem sanctum, vel sanctam Caelestis Curiae superius non declarat. in libris sex prima vice pro secunda in duodecim, pro tertia in decem, et octo libris puniatur, et si erit consuetudinarius remaneat arbitrio Illmi Domini.

Volumus autem quod de Blasfematoribus supradictis, Custodibus, seu relatoribus Curiae fides aliqua non adhibeatur nisi cum uno teste fidedigno et de auditu, et etiam omnibus aliis liceat accusare quibus credatur eorum iuramento si fuerint fidedigni.

Addicientes quod Curia d. Comis sub vinculo per eam prestiti Iuramenti, et pena vigintiquinque librarum, in qua per Sindicum d. Comis debeat condemnari, teneatur, et debeat nomina et

et cognomina omnium et singulorum blasfemantium, et maledicentium D. Iesum Xpum, Spiritum Sanctum, Sanctam Trinitatem, vel Beatam Virginem Mariam tempore sui officii annotare et describi facere cum die, et loco, in libro magno Bandimentorum Curiae, seu Reformationum, et ordinamentorum d.ae Curiae ad effectum, ut de eis certa notitia habeatur, et in futurum iuxta forma dicti Capituli debitis penis puniatur.

De ordine retinend. in maleficiis

Stat. et ord. quod supra maleficiis quae comissa extiterint a die publicationis presenti statuti in posterum infrascripto ordine procedatur per Curiam d. Comis Vs ipsa Curia habitis legitimis inditiis de maleficio quod dici comisso formand. inquisitiond. contra delinquentes deinde citari faciat nisi fuerint suspect. de fuga in scriptis inqs cedula continend. in se tenorem inquisit. ut infra terminum trium dierum tunc proxime futurorum venire, et comparare debeat coram ipsa Curia ad respondendum, et se excusandum, et defendendum a dicta inquisitione contra eam formata. Qui inquisitus sic citatus si in dicto termino comparuerit tunc respondeat et se excuset ab inquisitione praed. et ipsa excusatione facta si ipsum maleficium confessus fuerit, vel negaverit, tunc per dictam Curiam eidem decem dierum terminus proxime futurorum detur ad omnes ipsius defensiones faciendas de contentis in ipsa Inquisitione.

Et si eius excusatione maleficium de quo d. inquisitus negaverit, tunc per Curiam praed. praecipiatur eidem inquisito pro certa die et hora venire, et comparere debeat coram ipsa curia ad videndum teste recipiend. super dicta Inquisitione ad iuramenta, et dicta ipsorum.

Nec non ipsi testes citentur et in dicto termino compareant coram ipsa Curia ad iurandum, et veritatis testimonium perhibendum super dicta inquisitione presente dicto inquisito, vel absente tamen monito, et citato, ita quod ipsi testes recipiantur ad iuramenta super dicta Inquisitione, et contentis in ea, et tam ad iuramenta, quam etiam ad dicta, et attestationes in termino decem dierum proxime futurorum.

Et elapso termino decem dierum d. Inquisito datorum, ipso inquisito presente vel contumaciter absente ipsi testes eorumque dicta, et attestationes publicent, et aperiantur, et ipsis apertis, et publicatis detur terminus ipsi inquisito quinque dierum ad omnem eius definitionem faciendam, et accipiendum contra eorum dicta, et ipsos testes, et deinde per d. Curiam ad sententiam condemnatoriam seu absolutoriam ut iustum fuerit procedatur, et si d. talis inquis. prima citatione non comparuerit a se excusand. a d. inquisitione iter citetur per baiulum d. Comis cum citatione, et cedula in scriptis ut infra termino duorum dierum venire et comparere debeat coram d. Curia ad se excusandum a d. Inquisitione et contentis in ea, in quo termino si non comparuerit ex comiss. d. Curiae ad fenestras palatii solitae Residentiae hora residentiae ad banchum exbandiatur, et in Bando ponatur per Baiulum dict. Communis

alta ed intelligibili voce in ea quantitate paenae, qua ex forma presentis Statuti, et Capituli ejusius de ipso maleficio venit condemnatus

Et dimisso bando assignetur dicto Inquisito terminus decem dierum proxime futurorum ad se presentandum coram ipsa Curia, intra quem terminum possit et sibi liceat comparere, et se a dicta inquisitione excusare, et defendere, et ei respondere, et terminum recipere ut supra dictum est.

Et si infra dictum terminum coram ipsa Curia non comparuerit contra eum procedatur tamquam contumacem, et ad sententiam prout iustum fuerit procedatur, et paena in ipso bando declarata in ipsa sententia computetur.

Volumus insuper, quod omnis, qui se excusat ab aliqua inquisitione, vel accusatione, antequam recedat de Palatio prestare, et dare debeat bonos et idoneos fideiussores de parendo mandatis dictae curiae et solvendam omnem paenam, in qua de iure veniret condemnandus occasione d.i Processus.

Addicientes etiam quod dictum Bandum personaliter, vel domi ipsius inquisiti habitationis notificare in scriptis cum relaxatione cedulae per Baiulum supradictum.

Declarantes citationes in scriptis fieri debere personaliter si reperiri poterit sin autem domi suae solitae habitationis affigendo, et dimittendo cedulam ab ostium domus dicti inquisiti in presentia duorum convicinorum, ad effectum, quod d. Inquisitus de d.s citationibus notitiam habere possit, et paenes acta in relationibus mentitionem fieri.

Et si aliter fieret nullatenus valeat, et quod in Maleficiis tam in agendo, quam in defendendo omnes dies currant, et omnis Processus in maleficiis fieri possit, ac etiam defensiones, et excusationes.

De paena commictentis Homicidium

Stat. ed ord. quod si quis homicidium quod absit scienter commiserit, et in fortiam d.e Curiae pervenerit penitus moriatur, et nihilominus omnia sua bona deveniantur in manibus Ill.mi D.ni Status praedicti, eiusdemque Camerae applicentur

Et per proximiores habiles successive talia bona confiscata, vel Camerae applicata redimant.

Et si dictus talis homicida in fortiam Curiae non pervenerit, quod perpetuo exbandiatur, et in Bando ponatur de dicto statu, et eius destrictu, et bona confiscentur ut supra.

Et si quis dicto tali homicidae in commictendo homicidium prestiterit aliquod auxilium, consilium, vel favorem ~~in associando per territorium~~ eadem paena puniatur.

Si quis vero post homicidium commissum scienter eidem homicidae prestiterit aliquod auxilium, vel favorem in associando per territorium d.i Status, seu quomodocumque d. homicidam in ejus propria domo, vel conducta, seu Cappanna receptaverit intus d. territorium

in decem libris Denar. condemnetur et puniatur.

Addicientes quod d. tales homicida, et exbanditus si per legitimas probationes convictus, et condemnatus fuerit elapsis decem diebus post eius condemnationem contra eum factam possit impune offendi, et occidi per quemcumque in terris, et locis status p.^ti^ et eius territorio, et districtu.

Si quis vero non dolose aliquod homicidium commiserit minori paena arbitrio praef. Illmi Dni condemnetur et Curia in praed. sic procedat officio, ac etiam per accusationem.

Addicientes quod nulla persona audeat vel praesumat receptare aliquem forensem capitaliter condemnatum aut exbanditum a terris St.^ae^ Romanae Ecclesiae et cuiuscumque alterius loci postquam per Curiam Status p.^ti^ aut per Curiae commissionem fuerit banditum, et notificatum in locis solitis d. Status, et Comis d. talem forensem esse banditum aut condemnatum, et supra. Contrafaciens vero in libris ducentis pro qualibet, et vice qualibet condemnetur et puniatur.

De pœna facientis insultum contra aliquem

Stat. et Ord. quod si quis de dicto statu vel aliunde cum armis insultaverit, seu insultum contra aliquem fecerit in tenimento d. Status ad domum, vineam, aream, capannam, seu possessionem propriam, vel conductam in libris viginti quinque pro qualibet condemnetur.

Et si insultum fecerit contra aliquem in via publica vel in aliquo ~~alio~~ loco non declarato cum armis, sive bastone in quinque libris den. pro qualibet vice condemnetur.

Et si sine armis vel bastone in quinque libris den. condemnetur et contra d.^os^ tales insultantes Curia Comis possit procedere per viam et modum inquisitionis, vel per accusam.

Liceat tamen d. insultato se tueri, et defendere, et consanguinei d. insultati eidem prestare auxilium, consilium, et favorem, et ad paenam aliquam non teneatur si pro defensione tantum, et dividendo.

De pœna percutientis aliquem cum aliquo genere armorum

Stat. et Ord. quod si quis percusserit aliquem cum armis VB cum Partisciana, Spedo, lancea, spada, cultello, pugione, stocco, et similibus in facie, in collo, vel a collo supra cum sanguinis effusione in centum libris den. pro qualibet percussione condemnetur.

Et si sine sanguinis effusione in quatraginta libris denariorum condemnetur.

Et si ex ipsa percussione in facie erit cicatrix perpetua remansura aut ex ipsa percussione coccia capitis fracta fuerit in ducentis libris denariorum pro qualibet percussione condemnetur et plus arbitrio Illmi qualitate delicti et personae inspecta.

Et si quis cum dictis armis a collo infra aliquem percusserit, et vulneraverit cum sanguinis effusione in quinquaginta lib. denar. pro qualibet percussione condemnetur. et si sine sanguinis effusione in viginti libris denar. pro qualibet percussione condemnetur.

Si vero ex ipsa percussione percussus membrum aliquod perdiderit aut debilitatum fuerit percutiens in ducentis libris denar. condemnetur.

22v

Et in omnibus casibus percutiens percusso damna, et expensas et interesse reficere teneatur liquidanda arbitrio D. Comissarii considerati.

Et si quis cum dictis armis, aut aliquo ipsorum contra aliquem adminaverit et non percusserit in decem libris denariorum condemnetur.

Et si quis cum dictis armis, vel aliquo ipsorum evaginatis, et non malo animo adminaverit in duabus libris denariorum condemnetur.

Et si quis percusserit aliquem cum bastono, vel eius simile, si percussio erit in collo, vel a collo supra et sanguis exierit, in quinquaginta libris denariorum pro qualibet percussione condemnetur.

Et si ex ipsa percussione coccia capitis fracta fuerit, vel facies remanserit deturpata, percutiens pro qualibet percussione in centum libris condemnetur.

Et si quis percusserit aliquem a collo infra, et sanguis non exierit in decem libris denariorum, pro qualibet percussione condemnetur.

Et si ex ipsa percussione ossus fractus fuerit, percutiens in centum libris pro qualibet percussione condemnetur.

Et si quis cum d. bastono, vel eius simile malo animo contra aliquem admenaverit in quinque libris denariorum condemnetur.

Si quis cum lapide a collo supra percusserit cum sanguinis effusione in quinquaginta libris denariorum, pro qualibet percussione condemnetur.

Et si ipsa percussione coccia capitis fracta fuerit, aut erit cicatrix in faciem perpetuo remansura in centum libris denariorum pro qualibet percussione condemnetur.

Si vero d. percussio erit in ipso collo, vel a collo supra, percutiens pro qualibet percussione in vigintiquinque libris denariorum condemnetur.

Si vero percussio fuerit a collo infra cum sanguinis effusione in vigintique libr. denar. pro qualibet percussione condemnetur, et si sanguis non exierit in decem libr. denar. pro qualibet percussione condemnetur.

Et si aliquem quis percusserit cum pugillo sin alapa a collo supra cum sanguinis effusione in quinquaginta libr. denar. pro qualibet percussione condemnetur.

Si vero percussio fuerit a collo infra, et sanguines exierit in decem libr. denar. pro qualibet percussione condemnetur. si vero sanguis non exierit in quinque libr. denar. condemnetur.

Si quis lapidem contra aliquem proiecerit, et cum ipso lapide non percusserit pro qualibet lapide in duobus libr. denar. condemnetur.

Et si quis contra aliquem cum lapide admenaverit in duabus libris condemnetur.

Si quis vero saggitaverit cum schioppo dolose tantum con. aliquam personam, et non percusserit in libris denar. mille, et exilio annorum quinque a territorio d. Status condemnetur

pro qualibet, et vice qualibet.

Et si cum d. schioppo saggittaverit, et percusserit, et in fortiam Curiae pervenerit paena abscissionis melioris suae manus, et perpetui exilii, cuius manus abscisio nullo modo, et precio possit recuperari condemnetur, et puniatur.

Si vero in fortiam Curiae non pervenerit paena mille, et quingentarum librar. denar. et perpetui exilii prad. condemnetur, et puniatur.

Quo exilio durante si in territorio praed. conversari audacter presumserit, possit ab unoquoque impune intus d. territorium offendi et occidi.

Et praed. Capitulum locum habeat minime in insultato propter suam necessariam tutelam se defendente.

De poena capientis aliquem per Capillos, seu Barbam, et percutientis cum Calce

Stat. et Ord. quod capiens aliquos per capillos, seu barbam, si ex ipsa captione capitis in terram ceciderit in vigintiquinque libris denariorum pro qualibet vice condemnetur, et puniatur, et si in terra non ceciderit in quinque libris denariorum vice qualibet condemnetur, et puniatur.

Et si aliquis aliquem expinserit, et ex ipsa spinta in terram ceciderit in quinque libris vice qualibet condemnetur, et puniatur, et si in terram non ceciderit in viginti solid. denar. condemnetur, et puniatur.

Si quis cum calce aliquem percusserit in testiculis, seu ventre, seu alia corporis parte, et si ex ipsa percussione sanguis exiderit, et exierit seu percussus rumperetur in ventre seu testiculis in centum libr. denar. condemnetur, et puniatur, et si sanguis non exierit et non rumperetur in quindecim libris pro qualibet vice, et percussione condemnetur, et puniatur.

= De poena Committentis furtum seu robbariam in Territorio Status p.ti =

Stat. et Ord. quod si quis robariam aut furtum in tenimento d. Status comiserit, si furtum de aliqua re comiserit valoris viginti solid. et ab inde infra, et supra quaecumque fuerit quantitas in triplum rei furatae condemnetur, et absque aliqua diminutione puniatur.

Et nihilominus collo alligetur die festivo ad Catenas d. Comis ad Palatium solitae Residentiae Curiae et ibidem per deces horas continuas palam, et publico permaneat.

Si quis vero tertium furtum commiserit ad Triremes vel ad suspensionem furcarum arbitrio Ill.mi Dni qualitate personae, et furti considerata condemnetur, et in quolibet dictorum Casuum ad restitutionem rerum ablatarum Domino, et Patrono earundem condemnetur, et de facto cogatur.

Si quis vero robariam in tenimento d. Status comiserit contra aliquam personam, et in ipsa robaria cum armis, et sanguinis effusione percusserit, et res robata esset valoris a viginti libris

infra in quatuplum valoris rei robbatae ultra offensionem cum armis condemnetur, et absque aliqua Deminutione puniatur. Si vero esset sine sanguinis effusione in triplum nomine paenae condemnetur, et puniatur.

Si vero esset res robbata ultra d. viginti libr. et abinde supra quaecumque fuerit quantitas, et sine sanguinis effusione in quatruplum rei robbatae condemnetur, et puniatur, quam paenam si cum effectu non solverit in manibus Cammerarii, seu Depositarii Illmi D. infra tempus in sententia Declaratum Legali paena puniatur.

Si vero fuerit cum sanguinis effusione paena ultimi supplicii condemnetur, et puniatur.

Et in quolibet dd. casuum ad restitutionem rerum ablatarum similiter condemnetur, et puniatur, ac cogatur. Addicientes quod in casibus dd. robbariarum stetur semper arbitrio prefati Illmi Dni.

De paena cognoscentis carnaliter aliquam Virginem,

vel aliam Mulierem, vel arrantis indebito modo, et strupantis aliquam personam

Stat. et ord. quod quicumque aliquam puellam virginem carnaliter, et violenter cognoverit, et eam in uxorem non caperet, vel capere non posset in libris centum Denariorum condemnetur, et eam Dotare teneatur De tricentis libr: Denar: et plus, et minus arbitrio Illmi Dni.

Quam paenam, et quam Dotem si cum effectu infra tempus in sententia Declaratum non solverit ad Triremes per decennium condemnetur.

Illa autem intelligatur puella virgo, quae virum unquam habaerit, nisi per eum, qui illam carnaliter cognoverit probatum fuerit, quod corrupta fuerit.

Si vero eam in uxorem caperet ab aliquam paenam minime teneatur, sed De suo proprio De tricentis libris ut supra dotare teneatur, et aliquam aliam Dotem De bonis Dictae puellae petere, vel habere non possit.

Si quis vero aliquam mulierem cum consensu d. mulieris cognoverit in centum libr. Denar. condemnetur.

Addicientes etiam quod si quis tantae temeritatis fuerit qui auderet aliquam mulierem arrare sive in uxorem accipere sine voluntate, et consensu Patris, vel matris, et aliorum consanguineorum, sicut decet, in quingentis libris Denariorum condemnetur.

Si quis aliquem puerum violenter strupraverit pro prima vice in tricentis libris Denariorum condemnetur, et per annum exbandiatur.

Secunda vero vice in Duplum condemnetur, et per triennium exbandiatur.

Pro tertia vice igni comburatur.

Si quis vero cum consensu pueri maioris quatuordecim annis strupraverit in ducentis libris Denar. condemnetur, et d. puer ut supra maior quatuordecim annis in medietate Dictae pena

condemnetur

Et similiter pro secunda vice tam stuprans, quam stupratus in duplum d. paene condemnentur, et per annum exbandiatur

Pro tertia vice ad triremes maior ponatur, et exbandiatur.

Si vero d. puer esset minor quatuordecim annis, d. minor ad aliquam paenam minime teneatur

Et curia in praed. casibus sodomiae suo ex officio procedere possit ad accusam, nec non denuntiam sive querelam.

De paena deguastantium Matrimonium contractum, et de ordine in eo servando

Stat. et ord: quod nulla persona audeat, vel presumat sponsalia, seu matrimonium contractum per verba de futuro deguastare, et a fide per contraentes seu eorum parentes, et quoscumque alios eorum nomine agentes recedere, et si per maritum vel eius parte contrafactum fuerit condemnetur nomine paene in tanta quantitate quanta esset dos promissa, seu dare debita iuxta stilum suae domus, seu forma capituli de dotibus dandis superius in presenti volumine statutorum declarat, quae paena pro mediate absque aliqua declaratione, et diminutione applicetur suae uxori, quae Matrimonium et sponsalia observare voluerit, et pro alia medietate fabricae Ecclesiae, unde esset talis recedens, et recedere volens et Curiae exequutionem facient, absque aliqua diminutione applicetur.

Et si per uxorem, aut eius patrem, contrafactum fuerit condemnetur, et privetur dicta mulier sua dote promissa, aut dari debita absque aliqua diminutione applicanda per medietate suo Marito, et pro alia medietate fabricae ecclesiae unde esset talis Mulier, et Curiae exequutionem facient.

Addicientes quod quicumque acceperit aliquam mulierem in uxorem de dicto statu teneatur, et debeat intra terminum viginti dierum post responsionem acceptationis, et fidem datam per manus alicuius sacerdotis, seu publicae personae sponsalia, et matrimonium per verba de presenti, cum immissione anuli iuxta stilum, et ordinem S.[tae] Romanae Ecclesiae immictendo contrahere, et dicta Mulier acceptare teneatur.

Et si per dictum Maritum, seu Uxorem contravenctum fuerit, contrafaciens condemnetur in paena ut supra applicanda et nihilominus dictum anulum dare et recipere respective teneantur, et debeant, dictumque Matrimonium inter eos ratum, et firmum perduret, nisi in casibus aliis a iure prohibitis, et Curia in praedictis suo procedatur officio.

De poena facientis aliquam iuram coniuram sive Conventiculum aut unionem =

Stat. et ord. quod nulla persona tantae temeritatis existat, quae audeat vel presumat facere aliquem iuram, coniuram, sive conventiculum, aut unionem in commictendo, seu commicti faciendo

24v

aliquod maleficium propter quod veniret aliqua paena imponenda, et si d. Maleficium subsequeretur in paenam quingentarum librarum denariorum, condemnetur, et absque aliqua diminutione puniatur; si vero d. Maleficium subsecutum non fuerit in medietate d. paenae condemnetur, et puniatur.

Si vero propter d. Maleficium sequutum veniret aliqua paena mortis seu corporis afflictiva imponenda, et Maleficium subsequutum fuerit eadem paena mortis, vel corporis afflictiva condemnetur, et puniatur.

Si vero fuerit subsequutum in paenam sexcentum librarum condemnetur, et puniatur, quam paenam si non solverit infra tempus in sententia declarandum eadem paena ac si maleficium subsequutum fuerit condemnetur, et puniatur.

Et Curia in praedictis sua ex officio, nec non per denunciam, sive accusationem procedat.

Declarantes d. conventiculam, iuram, sive coniuram, et unionem esse ubi intervenerint in ea a quatuor personis supra, et aliquod Maleficium mandaverint fieri, seu fecerint ac commiserint.

Quod nullus retineat Armatam in Domo sua

Stat. et Ord. quod nulla persona inimicata retineat in Territorio Status praed: in sua propria Domo, vel conducta preter eius familiam ultra tres personas forenses, aut de d. statu nisi per unum diem tantum, et eo die quo inimicitiae ortae fuerint sine expressa licentia DD. Priorum, et Curiae d. Comij, et si quis contrafecerit tam Dominus, et Patronus, seu conductor dictae Domus quam etiam qui ultra d. numerum permanserit pro quolibet et qualibet in libris decem denar: condemnetur et puniatur et Curia in praedicto suo procedat officio

De paena facientis vindictam pro aliqua persona

Stat: et Ord. quod nulla persona vindictam faciat alterius sui consanguinei et affinis, sibi attinentis usque in tertium gradum, qui aliquam iniuriam sive offensam receperit contra d. talem iniuriantem et offendentem, aut eius consanguineum affinem et attinentem usque in tertium gradum inclusive computand. secundum ius canonicum, et si quis contrafecerit condemnetur, et puniatur in duplum paenae in qua si ipse principalis offendens vindictam fecerit et ex ea, ex forma praesentium Statutorum veniret condemnend. ac etiam in exilio a statu praed. et eius destrictu per triennium condemnetur. Volumus autem hoc locum non habere quando pax subsequuta fuisset, aut aliqua nova causa intervenisset inter vindictam facientem, et qui ab eo offenderetur, et Curia in praed. suo procedat officio per denuntiam et accusationem

De paena committentis guastum vel arsuram

Stat, et Ord. quod nulla persona audeat vel presumat committere arsuram, guastum, aut incendium. Si quis vero inciserit pergolam, vitem, plantonum olivarum sive quascumque alias arbores

Domesticas fructiferas a taglione infra ex qua incisione totaliter inutilis efficeretur in triplum valoris d. rei incisae nomine paenae puniatur.

Et si non Disiccaretur, et inutiles totaliter non efficerentur in meditatem d. paenae puniatur. quam paenam in qualibet DD. casuum si malefactor infra tempus in sententia Declarandum non solverit manus Dextera cum qua inciserat eidem totaliter amputetur, et nihilominus ad emendationem damnum passo teneatur in duplum.

Si quis vero commiserit vel fecerit aliquod incendium gustum, vel arsuram, malefactor in triplum rei combustae seu Deguastatae condemnetur et puniatur.

Et Curia d. Status ex suo officio contra Delinquentem in praedictis per viam et modum inquisitionis procedere teneatur, et ad probationem tales malefici sufficiant duo testes de visu, et quinque de publica voce et fama.

Et Antepositi illius loci in quo fuerit commissum tale maleficium teneatur extimare damnum sic rei combustae ac devastatae, et extimatis denunciare et referre d. Curiae ad petitionem Damnum passi, et quicquid per ditos antepositos extimatum et denuntiatum fuerit malefactor Damnum passo cum effectu reficere teneatur.

Et si incendium arsura sive Deguastatio casualiter et non studiose evenerit malefactor in paenam rei combustae seu deguastate condemnetur et puniatur. Et Damnum ut supra Damnum passo reficere teneatur, et in d.^ci^ casibus casualiter et non studiose commissis curia ex officio procedere non possit nisi ad querelam Dni Damnum passi.

De paena vociferantis partem Guelfam, vel Gebellinam, Ursinam, vel Columnam et aliquam factionem

Stat: et ord: quod in d. statu vel eius districtu nulla persona cuiuscumque status existat audeat vel presumat aliquo modo vociferare partem Guelfam, vel Gebellinam, Ursinam, vel Columnam nec aliam aliquam factionem praeter Ill.mi et Ecc.mi Dni Alberici Cybo Malaspina, et Communis status praed. contrafacientes vero paena quinquaginta librarum condemnetur et puniatur et in suprad. casibus Duplicentur paenae apud Ecclesiam S. Petri De Ferentillo, et in aliis Ecclesiis d.i Status, et in eorundem plateis nec non in Arenga Comunis, et in Palatio d.i Comunis et Curia in praedictis suo procedat officio, et plus arbitrio p.ti Ill.mi Dni.

De his qui excipiuntur a paenis

Stat: et ord: quod excipiantur a paenis Patres matres, vir cum uxore fratres, filii, nepotes, Domines cum famulo, et omnes et singuli in una eademque familia existentes, ac etiam magister cum Discipulo, contro quos aut aliquem ipsorum curia d. status non Debeat aut aliquo modo possit procedere occasione quorumcumque maleficiorum inter eos occurrentium et interve-

25v

nientium nisi per partem offensam coram d. Curia fieret denuntia accusa seu querela contra ipsum offendentem quamquidem accusam denuntiam seu querelam liceat dicto offenso per simplicem comparitionem quandocumque ante latam sententiam retrahere et abolere et Curia concedere teneatur, et si contrafecerit in paena offensionis praed. debita ex forma presentium statutorum in suo sindicatu condemnetur.

Et nihilominus quidquid per d. Curiam actum fuerit nullatenus valeat, et ulterius ex officio aut aliquo modo procedere non possit et praedictum locum non habeant intervenientibus infrascriptis enormibus casibus V. robaria, Debilitatione membrorum, fractura ossium aut coccia capitis, et de percussionibus factis cum armis ferreis, vel ferrales, cum maxima sanguinis effusione in quibus liceat curiae ex officio procedere, et nihilominus quandocumque ante sententiam latam liceat parti offensae per simplicem eius petitionem, et instantiam petere abolitionem. intervenientibus d. enormibus casibus percutiens immediatam paenae condemnetur in qua ut supra per alia statuta condemnetur, et is super quibus per curiam inquireretur, et d. Curia d. abolitionem concedere, et admittere teneatur, et amplius procedere non possit superintentates sub vinculo per eam prestiti iuramenti et paena in qua pro dicto maleficio ex forma presentium statutorum veniret imponenda, et nihilominus quidquid actum fuerit per d. curiam nullatenus valeat et aliquo modo exequi non possit.

De Abolitionibus Concedendis

Stat. et ord. quod quotiescumque per Curiam d. Comis contra aliquam personam procederetur ad denuntiam Viarii, seu querelam, aut accusam cuiuscumque personae seu ex officio in quibuscumque maleficiis per eam commissis et ante responsionem d. inquisiti, seu ante bandum pars offensa compareret coram ipsa curia et peteret abolitionem processus, solvendo tamen Fisco d. status per bullettam solid. quinque praefata curia teneatur, et debeat dictam accusam denuntiam sive querelam ac omnem et quamcumque inquisitionem etiam ex officio formatam una cum toto processu abolere cassare, et absque aliqua solutione et paena solvenda, et hoc non vindicet sibi locum in furtis, roboria, incendio, homicidio, et offensionibus quae essent cum maxima sanguinis effusione et praedictum capitulum per curiam observari debeat sub vinculo per eam prestiti iuramenti et paenam quinquaginta librae in qua in suo sindicatu debeat condemnari, et quidquid secus factum fuerit nullatenus valeat.

De paena rumpentis pacem factam, et celebratam per manus alicuius Notarii

Stat. et ord. quod si quis pacem promissionem fidem, seu reconciliationem per pactum cum aliquo adversario fecerit, et de ea publicum instrumentum appareret, et in eo paena esset apposita

et eam fregerit condemnetur, et puniatur pro ut d. instrumento continetur.

Si vero aliqua paena non esset apposita seu aliquod instrumentum de ea non appareret, et nihilominus legitime probaretur fuisse factam pacem, et promissionem seu datam fidem aliquam per manus cuiuscumque personae in paenam quingentarum libr. denar. condemnetur, et absque aliqua diminutione puniatur.

Et curia in praedictis suo ex officio procedere possit, nisi ad accusam denuntiam, et querelam partis offense fiendam intra quindecim dies a die d. offensae factae computand. liceatque dictae parti offensae d. denunciam intra terminum viginti dierum post formatum processum, et citatione facta de d. offendente immediate sequen. retrahere et abolitionem petere per simplicem eius comparitionem quam curia concedere et admittere teneatur et debeat, et amplius quo ad dictam paenam pacis procedere non possit.

Et si contrafecerit in d. paena in quo sindicatu condemnetur et nihilominus quidquid actum fuerit nullatenus valeat et exequi non possit.

Et tunc et eo casu d. pax in suo robore rata et firma perdurat perinde ac si nulla offensio intervenisset.

Addicientes quod si delinquens d. paenam pacis condemnatione praedicta legittime facta cum effecto infra tempus in sententia declarandum in manibus generales Commissarii et Fisci Illmi Dni non solverit ultra d. paenam donec fuerit in mora solvendi sit et intelligatur in paenam exilii a d. Statu, et eius territorio possit ab uno quoque impune offendi.

De paena cassantis, lacerantis, et abscondentis seu in aliquo vitiantis pns Statutum

Stat: et ord: quod presens statutum curia nec aliquis alius audeat vel presumat abscondere, lacerare vel de ipso aliquid cassare; contrafaciens vero in libr. ducent. denar. condemnetur, et puniatur et curia d. Status teneatur, et debeat vinculo per eam prestiti iuramenti, et ad paenam predictam in fine sui officii d. presens statutum DD. Sioribus reddere et restituere salvum integrum illesum, non maculatum rasum, cassum, nec in eo aliquid additum nec in aliquo modo vitiatum sub dicta paena et nihilominus ad restitutionem eiusdem omnino teneatur.

De paena turbantis tenutam vel possessionem alterius.

Stat: et ord: quod possessionem propriam vel rem aliqui in tenutam datam auctoritate Curiae dicti Status nullus audeat vel presumat invadere vel occupare sua propria auctoritate et qui contrafecerit in libr. viginti denar. vice qualibet condemnetur.

Et si quis accusatus fuerit de praed. et in sua excusatione coram curia fideiussionem ut decet prestiterit, nec non expresse renuntiaverit omni iuri quod haberet in tali possessione sive re, et damna illata per ipsam invasionem seu occupationem patrono et dno emendaverit

in medietatem d. pœnae tantummodo condemnetur. Quae renuntiatio scribi debeat in actis Curiae p[tae]

Addicientes quod si quis tantae temeritatis fuerit, qui sua propria auctoritate armatus per vim aliquam personam de eius bonis in quibus fuerit in possessione expulerit pœna dupli dictorum bonorum valoris puniatur et ipso facto cadat ab omni suo iure absque alia pronuntia sive declaratione fienda.

Et curia in praedictis suo ex officio procedere non possit nisi ad denuntiam et accusam seu querelam partis turbatae et expulsae

De pœna scribentis falsum Instrumentum, vel proferentis iniuriam alicui Notario et se degerantis aut aliquod falsum testimonium perhibentis in aliqua causa criminali, vel civili

Stat. vel Ord. quod nullus audeat praesumat facere vel fieri facere falsum instrumentum et qui contrafecerit tam faciens, quam scribens quam qui fieri fecerit in prima vice in centum quinquaginta libr. denar. et in secunda vice in duplum dictae pœna condemnetur et absque aliqua diminutione puniatur.

Et si ipsi vel ipsorum aliquis dictam condemnationem et pœnam infra tempus in sententia declarandum integraliter et cum effectu non solverit et venerit in fortiam Curiae d. Status eius manus dextera penitus amputetur. Si vero tertia vice deliquerit in amputationem manus dexterae condemnetur et puniatur, et arte tabellionatus penitus privetur, et curia in p[to] suo procedat offitio.

Si quis vero protulerit alicui Notario iniuriam nomen falsarii in libris quinquaginta denariorum condemnetur, et puniatur.

Addicientes quod scripturis talis falsarii factis a detectionis die falsitatis suae in posterum fides aliqua minime adhibeatur

Si vero in aliqua causa civili, vel criminali se degeraverit, aut falsum testimonium perhibuerit aut fieri fecerit in libr. centum denar. condemnetur et puniatur et curia in praedictis contra delinquentes suo procedat offitio.

De pœna parentelam negantis, et in iudicio dicentis quod Offitialis Comis non est Offitialis

Stat. et ord. quod paternitatem filiationem fraternitatem et hoc similia usque in tertium gradum consanguinitatis et affinitatis inclusive, nullus audeat recusare vel negare, vel supra articulis respondere se non credere, aut etiam dicere curiam et Notarium vel

quemcumque alium officialem communis in iudicio civili vel criminali causa quod non est offitialis et quis contrafecerit in quinquaginta libris denariorum condemnetur et puniatur et Curia in praedictis suo ex officio procedere non possit nisi esset pro tota contra Curiam, et officiales Curiae tantum

De pœna facientis veneficia, et dantis venena

Stat. et Ord: quod malias aliquas nocibiles nulla persona audeat vel presumat facere, vel fieri facere, et qui contrafecerit pœna iuris comis condemnetur, et puniatur, et idem volumus atque dicimus de quacumque persona quae dederit aut prebuerit alicui venenum nec non omnia bona committentis huius modi maleficium destruantur, et sic destructa deveniant in fortiam Curiae, et Curia in praedictis suo procedat offitio.

De pœna opponentis se baiulo in acceptione pignorum

Stat. et ord: quod opponens se baiulo una cum offitiale Comis, et Curiae dicti status ad dandum vel assignandum exequutionem, tenutam, et possessionem pro aliqua quantitate et re, et non permiserit saepe ignorare nec ipsi baiulo seu offitiali predicto pignus sive tenutam dare et assignare pro ut a d.a Curia habuit in mandatis in decem libris denariorum pro qualibet vice condemnetur et de praedicta oppositione et recusatione pignoris, et tenuta stetur et credatur relationi d.i officialis et baiuli cum iuramento una cum dicto unius testis maioris quindecim annis.

Et si baiulus absque aliquo alio officiali iverit mandato Curiae ad pignorandum vel aliquem gravandum pro damnis datis aut quacumque alia occasione et si quis non permiserit se a dicto baiulo pignorari aut ostium suae domus clauserit ad hoc ut d. baiulus domum intrare non possit, et mandato curiae ut decet exequi, in quinquaginta solid: denar: vice qualibet puniatur et de praedictis stetur relatione baiuli cum iuramento alias de non prestan. una cum attestatione duorum vicinorum maiorum tamen quindecim annis.

Et si praed. officiales aut baiuli de eorum relationibus reprobati fuerint, per duas testes maiores ut supra puniantur in quatruplum se pœna seu pœnarum supraditarum.

Liceatque cuilibet baiulo et offitiali d. Comis et Curiae dd. Commissionibus exequend. ostium domus talis opponent. extrahere et pignorare pro ut in d.a Curia habuit in mandatis in praesentia tamen duorum convicinorum.

Et quando in exequendo ut supra d.i baiulus, et offitiales non reperirent ostium domus apertum volumus et declaramus quod tunc et eo casu liceat et licitum sit d.o Offitiali et baiulo d. ostium clausum sigillare nisi in continenti pro reverentia d.e Curiae dominus seu habitans in d.o domo deposuerit unum pignus proque aliquem convicinum, et per totum diem proximum subsequentem post d.m disigillationem et apertionem

ut supra inde factam comparuerit coram curia et mandatis D.ae Curiae paruerit, quod tunc et eo casu per disigillationem, et aperitionem p.tam ad aliquam poenam minime teneatur.

Si quis contrafecerit in disigillationem aperiendo seu intrando absque depositione pignoris et comparitione ut supra in solid: denar. decem pro qualibet et vice qualibet puniatur.

Volumus etiam atque declaramus quod unicuique dicenti se loco pignoris not comparere liceat ja comparere coram curia per totum sequentem diem postquam fuerit sibi pignus portatum, et parere mandatis Curiae, non teneatur ad aliquam poenam pretextu oppositionis, seu recusationis pignoris, et licet executio fieri deberet realiter nihilominus tunc et eo casu possit sic comparens ad districtum in Palatio retinere loco que exequutionis debitae.

De poena proferentis alicui verba iniuriosa et reimproperantis aliquod homicidium

Stat: et Ord. quod quicumque alicui dixerit verba iniuriosa V.S. falsatore, homicida, traditore, rubatore, mentitore, fornicatore, cornuto, puttana, et his similia in centum sol. denariorum vice qualibet puniatur contrafaciens

De aliis vero verbis levioribus in medietatem dictae poenae pro quolibet verbo, et vice qualibet puniatur.

Si quis vero alicui coniuncto usque in tertium gradum inclusive secundum ius canonicum computando homicidium commissum reimproperaverit in decem libris denariorum condemnetur, et puniatur, et Curia in praedictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad acceptam querelam, sive denunciam partis iniuriatae.

Et nisi huiusmodi verba sint prolata in conspectu Curiae, aut DD. Priorum in quibus, tunc et eo casu ex suo officio, et de facto procedere possit, et de verbis iniuriosis prolatis in praesentia Curiae, et cuiuslibet officialis seu Prioris, vel in Consilio, aut arenga D.i Comunis attestatio non adhibeatur, sed facto per Curiam procedatur.

Quod a viginti libris supra formetur Processus

Stat: et ord. quod de omnibus, et singulis poenis et Bandis, quae scripta sunt in presenti statuto, et quolibet capitulo, et aliquis de dictu statu, vel aliunde deliquerit, et poena excedet viginti libris Curia d.i Status teneatur, et debeat contra delinquentes formare processus, et ab inde infra de facto procedere possit.

Sed in aliis casibus ex forma alicuius capituli presentis statuti specialiter permissis, et in collectis, et dativis d.i Comunis non habeat locum.

In quibus Maleficiis Locis et temporibus poenae duplicentur

Stat. et ord. quod duplicentur poenae pro maleficiis locis, et temporibus infrascriptis V.S. In omnibus, et quibuscumque locis in festo S.ti Petri de mense iunii, in festo Ascensionis de mense maii in festo S.ti Marci, In dominica mediae quadragesimae, ac etiam in quolibet die festivo quod solenniter celebratur in aliis

Ecclesii d. Status, et intus dictas ecclesias, et in Platea ipsarum ecclesiarum, ubi essent festivitates propriæ nominatae illius tantum ecclesiae eo die tantum, sed intus ecclesiam S. Petri delicta committentibus pœnae duplicentur.

Et similiter quatruplicari volumus in dictis diebus Sti Petri, et Ascensionis Stae Mariæ, et Dominicæ mediae quadragesimae delicta committentibus intra hos fines vz ab ecclesia Sti Benedicti de colle infra versus d. ecclesiam Sti Petri circum circa d. ecclesiam Sti Petri quantum distat a d. ecclesia Sti Benedicti ad dictam ecclesiam Sancti Petri.

Ac etiam duplicentur in qualibet Varbena in Palatio, sive Domo residentiae Curiae, in consilio et arenga dicti Comij, et in quolibet alio loco, ubi essent in praesentia Curiæ, aut DD. Priorum d. Communis.

Et similiter duplicentur Maleficia, quae committerentur in præsentia alicuius officialis Curiae, aut d. Comij.

Et contra aliquem personam religiosam, advocatum, procuratorem, et quamcumque aliam personam in aliquo officio, honore, et dignitate constitutam.

In committentibus vero malefica in personam D. Comissarii, et ad regimen deputatati et DD. Priorium d. Comij dictae pœnae quatruplicentur.

Et similiter duplicentur pœnae de maleficiis, et delictis, quae committerentur in dicto statu de nocte scilicet ab occasu, usque ad ortum solis, et Curia contra delinquentes suo ex officio procedere possit.

De beneficiis Pacis, Confessionis et Solutionis

Stat. et ord. quod si quis pacem cum iniuriato habuerit de aliquo maleficio, sive delicto contra ipsum iniuriatum commisso, et de ipsa pace quandocumque ante sententiam ipsum maleficium committens, vel aliquis pro eo coram Curia comparuerit, et fidem fuerit per publicum instrumentum, in quo fieret expressa mentio de illo maleficio de quo proceditur, et commissum est per eumdem, medietas condemnationis propter ipsam pacem relaxetur, si et in quantum malefactor, seu aliquis pro eo legitime promittens maleficium confessus fuerit, et non aliter.

Et si quis in termino sibi prefixo quod infra sequeretur coram ipsa Curia comparuerit, et in sua excusatione maleficium, de quo contra eum proceditur confessus fuerit, quarta pars residui pœnae dictæ condemnationis penitus remittatur.

Et si infra alios decem dies a die latæ sententiae contra eum procedatur connumerandi condemnationem solverit cum effectu alia quarta pars alterius residui pœnae condemnationis praed. penitus remittatur.

Et praedicta beneficia locum non habeant in maleficiis illis commissis, pro quibus per capitulum præsentis statuti disponitur per verbum puniatur.

De pœna retinentis aliquem in privato Carcere

Stat. et ordinamus quod nemo tantae dementiae existat, qui audeat, vel praesumat aliquem capere, nec ipsum in privato carcere, aut alibi ligatum, aut coactum tenere, et qui contrafecerit ultra pœnam offensionis, si aliqua offensio intervenerit in libris centum denar. condemnetur,

et puniatur pro qualibet vice. Si vero ultra vigintiquatuor horas eum retineret absque expressa licentia, et autoritate Curiae legali poena condemnetur, et puniatur

De personis bonae famae non carcerandis, et de modo tormentandi Malefactores

Stat: et ord: quod Curia, et officiales d'Status, sive Communis non debeat aliquam personam bonae et honestae famae capere, et in carceribus ponere pro aliqua causa civili, seu criminali, vel mixta pro quibus possit ubi fideiussionibus relaxari sub vinculo per eam prestito iuramento poena centum libr: pro quolibet, et qualibet vice, qua contrafecerit, in qua per sindicum dicti Communis debeat in suo sindicatu condemnari.

Liceat tamen praedictos in Palatio ad Destrictam retinere, si quis vero esset in aliquo fragranti crimine repertus, in quo ex forma praesentium statutorum veniret poena imponenda centum librarum, et a centum supra, aut esset suspectus de fuga, tunc per Curiam capi, et carcerari possit

Et ut verita reperiri possit, ne delicta remaneant impunita, volumus pro Homicidijs, furtis, Robaria, Incendio, Guastu, violentia Mulierum, convendicula, iura, coniuratione, et pro alijs maleficijs cum maxima sanguinis effusione, aut debilitatione Membrorum, et ex quibus ex forma praesentium statutorum poena veniret imponenda centum librarum, et ab inde supra pro Curiam dicti status receptis prius legitimis inditijs, et d.º Malefactore, contra quem dicta inditia laborarent super eis deligenter interogato, et examinato, qui si in sua negatione perseveraverit, Copia dictorum Inditiorum, citatis citandis prout de iure eidem decernatur cum competenti termino ad illa purgandum si voluerit, quae si non purgaverit per dictam copiam ad torturam poni possit, et torqueri attenta qualitate delicti Inditiorum et personae

Volumus autem quod per Curiam ad aliquam torturam devenire non posse sine praesentia duorum d'norum dicti Communis, seu maioris partis ipsorum nisi aliter in aliquibus casibus arduis, ex causis legitimis in contrarium per prefatum Ill.mum Dominum fuerit specialiter ordinatum, et eorum requisitione si intervenire voluerint sin autem in eorum absentia, et nihilominus praedicta eorum praesentia, requisitione, seu absentia in scriptis per Notarium dictae Curiae ponenda, et expressa mentio fieri debeat, et si secus per dictam Curiam fiet nullatenus valeat et amplius pro dicta causa torqueri non possit, et nihilominus in eius sindicatu dicti Communis in poena Centum librarum Denariorum condemnetur

De pœna petentis plus debito et debitum iam solutum

Stat. et ord. quod nullus coram Curia contra aliquem petat aliquam summam vel quantitatem de qua fuerit satisfact ne ultra summam et quantitatem quam habere debet si quis vero petierit debitum jam solutum condemnetur et puniatur in tanta quantitate nomine pœnae quanta esset quantitas per eum petita seu eius valor.

Si quis vero ultra summam et quantitatem quam habere debet condemnetur et puniatur in tantumdem nomine pœnae quantum esset illud plus seu eius valor quod peteret et habere non deberet.

Et Curia in praedictis seu ex officio procedere non possit nisi ad accusam seu querelam partis contra quam petitio facta esset.

De ordine retinendo in accusationibus quae producerentur et fierent

Stat. et ord. quod cuilibet iniuriato liceat coram curia comparere et suam accusationem denunciam sive querelam facere aut producere iurando tamen prius contenta in ea fuisse et esse vera et non animo calumniae.

Ac etiam eam probare teneatur saltem semiplene in termino eidem per curiam ex forma presentium statutorum prefixo in medietate dictae pœnae talis iniuriae pro qua ex forma praesentium statutorum delinquens sive legitime probatum fuisset veniret condemnandus per d. Curiam condemnentur una cum damnis expensis et interesse reficiendis d. accusato denunciato, vel querelato et si curia in praedictis fuerit negligens in suo sindicatu per curiam d. Comis in d. pœna condemnetur. et dictas expensas, damna et interesse dicto accusato denuntiato, et querelato de suo proprio refecere teneatur. volu-

Volumus insuper quod Curia d. Comis sub vinculo per eam prestiti iuramenti et pœna quinquaginta librarum in quibus per sindicum d. Comis debeat condemnari, non debeat, neque praesumat aliquo modo aliquam personam cogere ad aliquam accusam denunciam seu querelam faciendam pro aliquibus maleficiis et delictis, et si aliter fieret nullatenus valeat.

De pœna tractantium quod Dominium dicti Status sit remotum a Dominio Illmi et Eccmi Dñi Alberici Cybo Malaspina

Stat. et ord. quod nulla persona audeat vel praesumat aliquo quesito colore tractare vel ordinare publice vel occulte cum aliquo commune civitate castro, vel loco, vel cum aliqua singulari, vel speciali persona quod Dominium d. Status quod praefatus Illmus et Eccmus Dominus Albericus habet transferatur in aliud comune seu in aliquam aliam singularem vel specialem personam in damnum praefati Illmi et Eccmi Dñi eiusque heredum

2 29v

et successorum et qui contrafecerit ipso facto in crimine lesae Maiestatis incurrisse intelligatur et arbitrio praefati Illmi et Excmi Dni condemnetur, et puniatur, et Curia D. Status possit et debeat contra delinquentes ex suo officio procedere per inquisitionem et repertos culpabiles condemnare et punire debeat.

Et si quis attentaverit, vel attentare praesumpserit contra fidelitatem Ecclesiae et eiusdem Illmi et Excmi Dni eiusque haeredum et successorum nullo unquam tempore habere possit aliquod officium, aut beneficium in Communi d. Status neque audiatur in civilibus neque criminalibus causis sed tamquam persona privata omni officio et beneficio privetur, et nihilominus puniatur arbitrio Illmi et Excmi Dni

Quod Pater teneatur dare legitimam Filio condemnato

Stat. et ord. quod filius cuiusque si aliquid maleficium vel delictum commisserit et non comparuerit coram curia D. Status et citationibus d. Curiae non paruerit, per Curiam praedictam procedatur tamquam contumaciam.

Et Pater ipsius talis filii maleficium committentis cogatur per curiam praedictam ad dandum vel assignandum legitimam et portionem d. tali suo filio, quae legitima et pars conveniens d. filio delinquenti, servatis servandis lata sententia contra eum confiscari debeat fisco pro quantitate in dicta sententia declarata.

De pœna dantis impedimentum volenti testamentum condere

Stat. et ord. quod nulla persona audeat vel presumat aliquam personam volentem facere testamentum, codicillum, donationem causa mortis aut aliquam aliam ultimam voluntatem impedire, turbare vel aliquo modo molestare et si quis contrafecerit omni legato suo facto et successione debita privetur, et nihilominus in libris centum denariorum cuilibet condemnetur et puniatur et Curia in praedictis suo procedat officio

De pœna associantis aliquem de dicto Statu vel forensem volentem aliquem offendere

Stat. et ord. quod nulla persona audeat vel presumat associare aliquem de statu d. Comis seu forensem per territorium, seu extra territorium d. Status ad offendendam aliquam personam vel ei in praedictis dare auxilium consilium et favorem.

Et si quis contrafecerit per Curiam condemnetur attenta qualitate delicti ea poena in qua forma praesentium statutorum principalis offendens veniret condemnandus et Curia in praedictis possit suo ex officio procedere et repertos culpabiles condemnare et punire ut supra

De pœna devastantium Pontem fluminis Naris

Stat. et ord. quod pontem pendentem super flumen Naris, nullus audeat vel presumat devastare et si quis pontem in tenimento dicti Status devastaverit in centum libris

Denariorum pro quolibet et vice qualibet condemnetur et puniatur, et si quis de dictis pontibus aut aliquo ipsorum aliquas frascas vel lignamina, sive lapides levaverit in decem libris pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et condemnetur.

Et si quis de dictis pontibus vel aliquo ipsorum trabem proiecerit inciserit, vel devastaverit in quinquaginta libris denariorum pro quolibet, et vice qualibet condemnetur et puniatur, et in quolibet dictorum casuum suis sumptibus quod devastaverit reficere teneatur. Ac etiam ad omnia damna expensas et interesse quae inde sequerentur alicui Communi generali aut particulari personae seu eorum animalibus, rebus et personis ac etiam in poena sequuti delicti, et curia in praedictis suo procedat officio. Volumus autem quod si quis causa transeundi aliqua necessaria et opportuna pro aedificiis construendis, vel reparandis ad aliquam poenam non teneri sed teneatur dictum pontem suis sumptibus et expensis reficere

Quod maiores quindecim annis ad testificandum admittantur

Stat. et ord. quod maior quindecim annis tam mares, quam femminae in civilibus et criminalibus testificari possent et valeant excepto quod non essent veri inimici et malevoli, nec habitarent in una eadem familia.

Quod Masculinum concipiat Femininum

Stat. et ord. quod omne masculinum concipiat femininum etiam in poenalibus et odiosis et quod in omnibus et singulis capitulis in quibus loquitur de masculo intelligatur etiam de femina et similiter loquens de femina intelligatur de masculo pertineat in genere, tam masculino, quam femenino.

De applicatione, et solutione poenarum

Stat. et ord. quod omnes et singulae poenae ex forma praesentium statutorum impositae applicentur et applicatae esse intelligantur camerae, et Curiae prefati Illmi et Emi Domini Alberici Cybo Malaspina, et quod Curia non obstante quod in aliquibus casibus dicatur Comunis nihilominus semper intelligatur et sit praefati Illmi et Emi Domini, et non d. Comis sed bene ad Gubernationem eiusdem declarantes cameram, et Curiam unam eamdem esse et sic intelligi debere, nisi aliter expresse in dictis capitulis applicatio huiusmodi divisa, et expressa fuerit.

Adiicientes quod omnes et singulae poenae in quibus curiae et officiales quam curiae quam dicti Communis per sindicum d. Comis fuerint condemnati applicentur, et applicatae esse intelligantur pro medietate dicti comunis et pro alia medietate curiae quae de his effectualiter executionem fecerit et in manibus generalis camerarii d. Communis integraliter pervenire fecerit.

2 30v

Declarantes etiam quod qualibet pœna pecuniaria intelligatur esse Denariorum modo et ordine in-
frascripto quod duodecim Denarii faciant unum sol. viginti solidi faciant unam libram
quinque libre faciant unum florenum, Duo solidi cum dimidio faciant unum bolonenum,
bōl faciant unum Carolenum, et quinque quatreni faciant unum baiocchum.

Et huiusmodi solutionis Declaratio non solum in pœnalibus sed in omnibus et singulis solutioni-
bus fiend. locum habeat.

Quod Curia cogat rixantes ad fideiussiones prestandum de non offendendo

Stat. et ord. quod Curia d. Status pro pacifico statu prefati Illmi Dni et hominum et Personarum d.
mis ad obviandum scandalis sub vinculo per eam prestiti iuramenti teneatur et Debeat rixan-
tes ad pacem reducere.

Sin autem cogere et compellere d. rixantes ad promittendum et fideiussiones prestandas inter eos
non offendendo nec offendi faciendo facto, et in personam, et pro seipsis principalibus rixan-
tibus et pro ipsorum consanguineis et affinibus usque in tertium gradum computandum se-
cundum ius canonicum et in maiori gradu prout dictae curiae videtur expediens.

Seu pro ut dictae partes nominatim fuere inter se fuerint concordes sub pœna prout eidem Cu-
riae videtur attenta tamen qualitate rixantium et substantia eorumdem bonorum non
excedentium tamen in pœnam aequalem bonorum valorem cuilibet parti rixanti nisi
aliter dictae partes inter se fuerint concordes et reservato prefati Illmi Dni Arbitrio.

Et quod in omnibus et singulis promissionibus per quascumque Rixantes, seu quascumque alias
personas faciendis, et praestandis treguarum, et Pacis per quemcumque Notarium de eis
rogatis apponantur, et appositae intelligantur.

Et licet non fuerint scriptae, et stipulatae, nihilominus habeantur, et intelligantur expressa, scri-
pta, specificata, et stipulata infrascripta capta V3 quod pax, et qualibet promissio de non
offendendo sit, et esse intelligatur sub verbis facto tm. et in personam, et duret, et durare in-
telligatur Durante officio illius Curiae tunc residentis, et per unum Mensem post introitum sui
Successoris, et quod tregua, seu pax, aut Promissiones et fideiussiones praedictae non intelliga-
tur, aut sint ruptae, aut in aliquo violatae.

Insultus sine armis, Rixa mulierum minorem quatuordecim annis, et nisi inter quoscumque rixan-
tes maiores, vel minores intervenerint aliqua ex infrascriptis offensionibus inter ipsos Rixan-
tes comprehensos, vel nominatos in Pace, tregua, vel fideiussionibus praedictis V3 maxima sangui-
nis effusio, fractura ossis, Cranei, et Debilitationis Membri, aut Homicidium

Adiicientes quod si principales rixantes non paruerint mandatis Curiae in dando, et prestando fide-
iussiones de non offendendo, In eorum defectu cogantur eorum consanguinei, et affines ipso-
rum rixantium proximiores ut supra ad predictas treguas fideiussiones, et promissiones de

non offendendo prestant Vt quilibet ipsorum pro se, et sua familia tam cum eo permanentes et habitante ad Commune dictum, modo, et ordine suprascriptis.

Volumus autem Dictos Rixantes ad aliquam fideiussionem prestandam non teneri, quando utraque pars ipsorum Rixantium coram Curia compareret asserendo De Communi ipsorum concordia nolle inter eos habere Pacem Treguam, aut fideiussionem aliquam De non offendendo, et tunc, et eo casu Dictae partes aliter cogi non possint, nisi intervenientibus gravissimis et enormissimis offensionibus

De pœna occupantis bona Communis

Stat. et ord. quod si quis tenuerit vel occupaverit aliquid De bonis Mobilibus, seu stabilibus Dicti Communis, aut alicuius Universitatis, Castri, Villae, seu loci d. Status post aperturam presentium statutorum Dimictere, et relaxare teneatur, et debeat in posse d. Comis et representantium Universitatem praedictorum locorum unde essent dicta bona contrafaciens vero pœna viginti quinque librarum condemnetur, et puniatur pro quolibet, et vice qualibet, et nihilominus Dimittere et relaxare teneantur sub d. pœna et curia in pts suo procedat officio

De pœna Notariorum non reportantium contractus et eorum Ordine retinendo

Stat. et ord. quod quilibet Notarius d. Comis et locorum status praedicti teneatur, et Debeat intra quindecim dies a Die celebrati contractus inclusive, referre Curiae D. Comissarii omnes et quoscumque contractus Treguarum et Pacis, De quibus rogatus fuerit inter homines, et personas dicti Communis, et locorum eiusdem, et illos in libris Dictae Curiae describere cum Die nominibus contrahentium et pœna in dictis contractibus apposita, sub pœna viginti quinque librarum pro quolibet contractu non reportato infra d. terminum quindecim dierum. Qui liber ordinarie retineri debeat per dictam Curiam, et in fine sui officii dicta Curia reddere, restituere Consignareque teneatur salvum, et illesum suo in officio successori, in praesentia DD Sindicorum, et Depositarii Illmi Dni sub pœna Decem librarum in quibus debeat per Sindicum dicti Comis in suo sindicatu condemnari, et nihilominus ad restitutionem Dicti libri teneatur.

De pœna commictentium corruptelam cum Officiatibus

Cum propter corruptelas Devenitur ad maiora scandala, et propterea multoties delictum remaneat impunitum in grave Damnum, et preiudicium iustitiae Dct. Curiae dicti status, Ideo statuimus, et ordinamus, quod nulla persona tam pro suo, quam alieno interesse accedat, vel presumat corrumpere, aut corruptelam aliquam facere, aut fieri facere, seu commictere cum aliquo officiali, et Curia d. Comis nec quomodolibet attentare.

Et qui contrafecerit, tam corrumpens, seu attentans, quam etiam recipiens dictam corruptelam in quatruplum illius pœnae in qua Dictus corrumpens pro suo Delicto, vel alius pro quo

corrumperet, vel attentatur de quo agetur ex quacumque Causa, vel re, vigore praesentium Statutorum teneretur, et obligatus esset condemnetur, et puniatur, si vero esset in aliqua causa civi[li] seu aliqua quacumque causa, in qua pœna determinata non esset, in libris quinquaginta pro[qua]libet, et vice qualibet condemnetur, et puniatur.

Et volumus, quod liceat corrumpenti, attentanti, ac curruptelam recipient et cuilibet alterius persona contrafacientes denunciare, et accusare Curiae d.[i] Comij, eius accusationi, et uno teste fidedigno stetur, et plena fides adhibeatur, et tertiam partem pœnae lucretur, et omnis pœna per eum incursa occasione dictae curruptelae, de qua accusam fecerit, ut supra eidem totaliter remittatur, et Curia in praedictis suo procedat officio.

De pœna commictentium Usuras

Cum usura sit vitium detestabile, et Deo odiosum, et destruat pauperes, idcirco statuimus et ordinamus quod siquis dederit ad usuram, vel quomodolibet alio modo Usuram cum qualibet alia persona commiserit, contrafaciens incurrat in quatruplum nomine pœnae totius usurae per eum factae, seu commissae, Recipiens vero ad usuram in duplum nomine pœnae totius usurae sibi factae condemnetur, et puniatur.

Et quod Curia contra Delinquentes ex suo officio per viam Inquisitionis, et ad denunciam Accusam, et querelam, ac per omnem alium modum, et viam procedere teneatur, et debeat, et possit.

Adiicientes quod ad probandum dictam usuram sufficiant duo testes scientes et scientiam habentes, vel quinque testes bonae famae probantes de publica voce et fama, quae pœna pro medietate applicetur, et applicata esse intelligatur Camerae prefati Ill.mi D.ni, residuum vero accusatori, et fabricae ecclesiae illius loci, pœnam solventis applicari equaliter volumus

De pœna rixantium cum aliqua persona, seu Universitate occasione confinium et reducentium animalia de locis in quibus damnum illatum non fuerit seminatis pratis et arboribus domesticis, et fructibus alienis

Stat. et ord. quod pro quieto, et pacifico vivere Comij d.[i] Status, et Convicinorum, nulla persona audeat vel presumat rixare cum aliqua persona Universitatum alicuius terrae, Castri, Villae, seu loci d.[i] Status, neque aliorum locorum convicinorum d.[i] Status occasione confinium inter ipsa loca [...] alias bestias repertas in confinibus, seu prope confinia dictorum locorum per centum pedes perticae mensurae d.[i] Comij dummodo damnum non dederint in Seminatis, Pratis, herbis [...]tis, et locis Banditis, Arboribus domesticis, vitibus, et fructibus alienis, contrafaciens vero [ul]tra alias pœnas impositas ex forma presentium Statutorum.

Si esset singularis, seu specialis persona in libris centum denariorum pro qualibet vice qualibet condemnetur

Si vero fuerint a quinque personis supra in duplum d. pœnæ pro qualibet persona, s. vice qualibet condemnetur, et puniatur.

Et nihilominus teneatur ad reficiendum omnia, et singula damna expensas et interesse, quæ, et quæ occasione premissa Universitas, seu particularis persona dicti status substinuerit et passa fuerit. Volumus autem pñs Capitulum locum non habere, quando fuisset cum expressa licentia D. Comitis una cum DD. Prioribus pro tempore existentibus, et quod Curia contra delinquentes suo procedat officio.

Quod qui non habet in bonis luat in corpore

Ne delicta remaneant impunita statuimus, et ordinamus, quod Curia dicti Communis, et eius officiales sub vinculo per eos prestiti iuramenti teneatur, et debeat contra condemnatos pro aliquo delicto, seu maleficio per eos commisso execqutiones facere realiter, et personaliter, eosque cogere, et compellere ad solvendum omne id, et totum in quo vigore pntium Statutorum fuerint condemnati et si quis fuerit condemnatus in aliqua pœna pecuniaria et non haberet in bonis unde solvere possit per dictam Curiam incarceretur, et in carceribus detineatur ac dictam pœnam pecuniariam luat in corpore arbitrio pli. Illmi et Exmi Dni habita consideratione personæ et delicti per eum commissi ad effectum ut in aliorum transeat exemplum, et a delictis abstineant.

Quod procedatur de similibus ad similia

Stat. et Ord. quod in omnibus, et singulis maleficiis et delictis, quæ committerentur in territorio dicti Status, de quibus in pnt. Statutorum volumine mentio facta non esset Curia d. Comis procedere teneatur, et debeat de similibus ad similia, et ubi in volumine præsentium Statutorum vel partem ipsius non fieret mentio, nec adaptari possit taliter procedendo tunc procedatur per Curiam secundum dispositionem iuris Communis.

QUARTUS LIBER DE EZTRAORDIÑARIIS

De diebus festivis Custodiendis

Statuimus et ordinamus quod nulla persona in territorio et districtu dicti Status audeat, vel presumat aliquid laboritium facere in diebus, et festivitatibus infrascriptis V3.

In diebus Dominicalibus in die Nativitatis D. N. Iesu Christi cum tribus tunc proxime subsequentibus in die circumcisionis Dni, in die Epiphaniæ, in die Paschatis Resurrectionis Dni, cum duobus sequentibus, in die Ascensionis Dni, in die Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, in die veneris sancti propre Pasqua In quatuor festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis V3 de mense februarii martii, Augusti, et Septembris, et in omnibus festivitatibus Apostolorum, in festo omnium Sanctorum in Calendis Novembris, et in omnibus aliis festivitatibus Sanctorum, et Sanctarum celestis Curiæ quæ ab ecclesia essent precepta, sub pœna decem solidor.

pro quolibet, et vice qualibet, liceat tamen in dictis festivitatibus unicuique impune trahinare lignamina pro reparatione Domus, laborare in opera fornacis accensa paleas aptare, metas fa re, blada, et legumina ventilare in Areis ab ipsis Areis reportare, herbas facere, fa num recolligere, ac reportare canapim migliarinam, panicale, et alia similia expandere, re ligere, ac reportare, et alia similia facere absque aliqua pœna, et Damno.

De pœna asportantium Iugum vel aratrum de possessione aliena

Stat. et ord. quod Aratrum, sive iugum existentia in possessione alicuius nullus audeat, vel presu mat auferre, et si quis asportaverit sine licentia Patroni, et eo Die reportaverit in eo loco quo a staterit in Decem solidorum Denariorum condemnetur, et puniatur, et ad emendationem Da nni et interesse illius Diei Domino, et Patrono eiusdem in eundum quo arare voluerit omni teneatur, de quo stari debeat iuramento eiusdem Domini, et Patroni.

Si vero eo Die, quo abstulerit in mora ad reportandum, et reconsignandum vero Domino Aratr aut iugum prædictum puniatur in tantundem Domino et Patrono eiusdem pro emenda tione eiusdem Damni, et interesse et nihilominus ad restitutionem prædictam omnino teneatur, et per Curiam cogatur summarie, sine strepitu, et figura Iudicij

Et Curia in prædictis suo ex officio procedere non possit, nisi ad accusam denunciam, sive q relam Domini, et Patroni dicti Aratri, seu iughi, cuius accusationi cum iuramen et dicto unius testis plena fides adhibeatur.

Si quis vero Aratrum sive iugum alienum quoquomodo inciserit, seu devastaverit pœna De cem librarum pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et Dño et Patrono cum iuramen to et dicto unius testis stetur, et credatur

Et nihilominus ad restitutionem, et emendam modo et ordine suprascripto omnino neatur

De pœna asportantium Uvas extra statum et de ordine vindemiarum

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de dicto Statu, sine licentia Dominorum Priorum, et Curiae audeat vel presumat portare, vel portari facere aliquam salma Uvarum extra dictum statum, et eius districtu a Calendis Mensis Augusti usque inceptum fuerit vindemiarum, contrafaciens vero pro qualibet vice in libris qui que Denariorum puniatur per qualibet vice et qualibet salma

Volumus autem quod siquis vindemiaverit ante festum Sancti Angeli de mens septembris, seu ante licentiam concessam per DD. Priores et consilium speciale quibus liceat ad eorum beneplacitum ante dictum tempus

seu

seu post Vindemias providere pena quinque librarum pro quolibet et quo=
libet die puniatur, liceat tamen unicuique cum licentia tamen
D. Prioris Verzerii, et Innantium dicti loci unde esset dictus talis vin=
demians ante dictum tempus impune in dicto suo Verzerio vinde=
miare

Ac etiam unicuique liceat etiam absque licentia uvas in terra pro=
jectas, seu de arboribus fractis colligere et exportare, et similiter
moscatellum absque licentia colligere cum uno Teste de vi=
datum, et reportare impune

Quod bestias mortuas proiciatur longe e domibus

Statuimus et ordinamus quod si quis de dicto Statu, vel ejus districtu
habuerit bestiam mortuam, teneatur, et debeat dictam bestiam
proicere tam longe, quod alicui habitanti in aliquo loco alicujus
Castri et loci dicti Status fetor aliquis venire non possit, con=
trafaciens vero pena quinque librarum pro qualibet vice pu=
niatur, et delinquens liceat unicuique accusare cum uno Te=
ste de visu, et etiam Curia suo ex officio procedere possit et
nihilominus dictam bestiam mortuam a dicto loco remo=
vere teneatur sub dicta pena

De Viis aptandis

Stat. et ord. quod post aperturam presentium Statutorum
infra terminum unius mensis omnes vie publice
et Communales per Territorium Status predicti per adja=
centes aptari debeant sub pena decem solidorum et
nihilominus aptare teneatur toties quoties fuerint
requisiti seu eis mandatum fuerit per Viarios locorum
dicti Communis, seu Curiam

Declarantes quod via publica que incipit in confinibus di=
cti Communis in vocabulo Scopuli Cancelli, dividendo
versus Sambuchetam Collepontem, Torricenit Castrum
Materille, que itur versus Interamnam usque in confi=
nia Montis Franchi, et Ampognani usque in confinibus

2 33v

Andragiani, qua itur versus Spolctum, et a Ponte dicti Commu
nis versus Preceptum, Castri-Rivossi versus Rigo-vitum, sed ...
Coci, sportellas usque in confinia Terre Leonisse sint, et esse
debeant in Terra ad minus latitudinis duorum pedum
ad pedem pertice dicti Comunis mensurarum altitudo vero
altitudinem tenendo unius pedis sursum, et commode qu...
umque salmarum genera absque impedimento defe
ri possit sint, et esse debeant latitudinis ad minus qua
tor pedum et predicta latitudo quator pedum locum
non habeat in locis scopulosis, que commode aptari
non possit, dummodo salma latitudinis quator pedi
sine impedimento animalis et salme deferri posse
quod sit in discretione Viarii, et Antepositi loci ubi
dicta via fuerit.

Vie vero versus Lacum Materille et Precepti versus confin...
Montis franchi, et Arroni que habeant foveas ab omni
latere sint et esse debeant latitudinis ad minus unius
pedis cum uno quarto

Si vero ab omni latere foveas non habuerint in Terra
sint dicte vie latitudinis unius pedis cum uno quarto
sed per unum pedem sursus tendendo sint et esse de
beant taliter aperte et late quod que libet bestia
deferens salmam grani, cum Carriolis commode tr...
sire possit ad sensum discretionem Viarii, et Ante
positorum dicti loci ubi essent dicte vie.

Alie vero vie publice Communales, et vicinales sint et
esse debeant ad minus in Terra latitudinis unius
pedis cum d. altius tendendo per unum pedem sint et
esse debeant taliter aperte et late ut que libet be
stia cum salma palearum, et Carriolis commode t...
transire possit ad sensum et discretionem Viarii
et Antepositorum dicti loci ubi essent dicte vie
et Curia in predicto loco procedat officio

Quod quilibet possit per locum minus damnosum nemini per possessionem vicini reintrare in sua possess.

Stat. et ordinamus quod quicumque habuerit aliquam possessionem juxta viam, teneatur et debeat introire et exire per suam possessionem, et non convicinorum, nisi haberet aliquod jus reintrandi, et ~~re~~ exeundi sub pena quinque solidorum pro qualibet vice, si vero dicta possessio non esset posita juxta viam, tunc libere et expedite possit introire, et exire per possessionem convicinorum, et consortium dicte sue possessionis per locum minus damnosum, et vie publice propinquiorum

De pena retraentium ingenia vel retia de flumine et aves de retibus alienis

Stat. et ord. quod nemo audeat retrahere retia, martaellos, et similia de flumine, et ex eis pisces extrahere, neque aves de retibus et laqueis alienis, contrafaciens vero de die in decem sol. den. pro qualibet et vice qualibet puniatur, de nocte vero dicta pena quadruplicetur, et in quolibet dictorum casu damnum emendet patienti.

Quod unus de domo teneatur ire ad exercitium Comis

Stat. et ord. quod ad opus Comis quodcumque fuerit opportunum qualibet die qua duraverit dictum opus unus de domo maior quindecim annis pro qualibet foculari teneatur ire cum ferramentis, et aliis necessariis ad dictum opus faciens et quoties pro dicto opere ex parte Curie, et Sindicorum fuerint citati, vel per bajulum Communis fuerit factum publicum bandum, et qui contrafecerit in viginti sol. den. vice qualibet puniatur, et nihilominus dictum opus reficere teneatur sub pena dicta. Adicientes quod presens capitulum locum habeat etiam pro operibus Antepositorum respective dictorum locorum.

2 34v

De pęna ludentium ad ludum taxillorum Cartarum Cuturellarum sive Casei

Stat. et ordinamus quod nemo de dicto Statu, vel Forensis audeat vel presumat in tenimento dicti Status ludere ad ludum Taxillorum vel Cartarum, et qui contrafecerit in libris decem pro quolibet et vice qualibet puniatur

Ac etiam ludum Cuturellarum, Ruzuleriam Casei in locis ubi essent habitationes, intus Castra, Villas, et Burgos d. Status sub dicta pęna.

Liceat tamen cuilibet ludere ad ludum tabularum, et Scaccorum, ac etiam Casei ad videndum ubiq. sine aliqua pęna.

Volumus autem ad supradictam pęnam teneri quicumq. dictis ludentibus mutuaverit pecuniam, et qui in domo propria vel conducta tales ludentes receptaverit, vel eird. possit suo ex officio procedere

De ordine retinendo per Tabernarios

Stat. et ord. quod quilibet vendeat vinum ad minutum in dicto Statu facere credentiam alicui de dicto Statu non debeat de vino pane et carnibus et similibus nisi usque in quantitatem decem solidorum, et si quis ultra dictam quantitatem dicta occasione coram Curia alicui aliquid petierit per dictam Curiam non audiatur, et si ipsa Curia jus alicui ultra dictam quantitatem fecerit et retinuerit in decem libris denariorum per Sindicum dicti Communis vice qualibet condemnetur, et puniatur

Volumus autem quod si aliqua persona pignoraverit seu aliquid pignus alicui Tabernario pro rebus supradictis dederit teneatur dictum pignus infra quindecim dies recolligere si vero non recolligerit in dicto termino liceat ipso Tabernario dictum pignus vendere

vendere, et alia facere sicut de re sua propria, et alia fa=
cere sine aliqua pena

Adiiciantes etiam quod rigore presentium Statutorum
nulla persona audeat vendere aliquod genus vini ad
minutum sine expressa licentia Curie et DD. Priorum
qui pro tempore fuerint ad penam quadraginta sol.
den. pro quolibet contrafaciente

Quae Curia et Priores predicti debeant omne genus vini
volentibus vendere ad minutum appreciare et ponere
pro pretio quod eis videbitur esse decentius sub vinculo
per eos prestiti Iuramenti

De modo retinendo in derivatione aquae

Stat. et ord. quod quicumque temperare de aqua labente
per formas molendinorum Terzerii Sacrati et Barzini
possit, et sibi liceat die Sabati post horam Com=
pletorii de dicta aqua capere quantum sibi suf=
ficit, dummodo dicta aqua talis derivatas remiserit
die lune sequenti summo mane in aurora diei.

Et si quis dictam aquam de dictis formis derivaverit
et eam in predictum tempus non remiserit in solidis
decem vice qualibet puniatur et damnum Mo=
lendinariis reficere teneatur si et in quantum
damnum receperint propter dictam derivatio=
nem, et quilibet possit contrafacientem accusare
cum uno Teste de visu attestante, cuius iuramento
plena fides adhibeatur

Quo ordine bona Comis reperiri et conservari debeant

Stat. et ord. ut bona Communis preserventur quod Priores
Status predicti, qui pro tempore fuerint teneantur,
et debeant annuatim per totum mensem Ma=
ji eligere duos providos Massarios Viros pro quo=
libet Terzerio de Senibus, et Iuvenibus, qui Mas

2 35v

sari jurent in manibus Curiæ ad sancta Dei Evangelia manibus tactis scripturis bene, fideliter, et legaliter discutere investigare reinvenire Res, Montes, Possessiones, sidat, coastines, et Territoria dicti Communis circumcirca et post dictum juramentum teneantur infra unum alium mensem ex nunc proxime subsequentem referre et reassignare prout per eos inventum fuerit quam assignationem Curiæ Communis per ejus Achiarium scribere et annotare faciat in speculo dicti Communis sub pœna decem librarum den. in quibus per Sindicum dicti Communis debeat in jure sindicatus condemnari, et si dicti Massarii in prædictis fuerint negligentes incidant in pœnam viginti solidorum pro quolibet contrafaciente et nihilominus prædicta exequi et adimplere teneantur sub dicta pœna.

De pena facientis impedimentum volenti Molendinum ædificare

Stat, et ord., quod nulla persona audeat vel præsumat impedire nec aliquod impedimentum, aut violentiam facere, aut præstare alicui volenti facere aut ædificare aliquod Molendinum contrafaciens vero in libris decem pro qualibet et qualibet vice puniatur, et quando in Molendino devastato essent plures consortes, et unus, vel plures ex ipsis consortibus vellent ipsum Molendinum reficere et reaptare liceat eis et cuilibet ipsorum reficere et reaptare etiam nolentibus consortibus, et dictum Molendinum reaptatum tenere et fructare, donec eis vel alteri ipsorum de omnibus expensis, quas pro reparatione dicti Molendini fecisset integre fuerint satisfacti

Et si dicti Consortes, vel ipsorum aliquis dictum Molendinum reaptare volentes, vel volens ipsis vel ipsi impedimentum fecerint, aut prohibuerint aliquis ex eis in decem libris den. vice qualibet puniatur et ad desistendum ab omni molestia, et impedimento sub dicta pena.

Adicientes etiam quod si fuerint duo vel plures consortes in dicto Molendino illi ad quem spectat major pars dicti Molendini liceat dictum Molendinum regere, et manutenere, et accottimare, et alia necessaria facere prout sibi pro dicto Molendino utilius videbitur expedire, et pns capitulum locum habere volumus non solum in edificaturis sed etiam in edificaro volentibus et edificantibus

De ordine retinendo per macinantes olivas et frumentum

Stat, et ord. quod habens aliquod Molendinum ad macinandum olivas teneatur et debeat in dicto Molendino habere et tenere bacchettas sub vitibus amplas ultra fusulos per duos ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

duos digitos ad minus, et qui contrafecerit in libris quinque vice qualibet puniatur, ac etiam teneatur, et retinere buccas fusculorum olivarum non largas ultra unum palmum tertii ad d. penam, et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat tertiam partem d. pene

2 36v

Adjicientes etiam quod d. Molendinarii ad oleum teneantur et debeant olivas mensurare cum mensuris adjustatis, et sigillatis sigillo Communis ad rasam, cum raseria desuper equaliter vaden. et si quis contrafecerit pena quinquaginta librar pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et quilibet molendinarius ad frumentum teneatur, et debeat macinare cuilibet petenti et d. molendinarius audeat alicui primum venienti cum frumento tantum ad suum Molendinum vicennam tollere pro secundo, et contrafaciens in decem solid. condemnetur, et puniatur

Possit dictus Molendinarius pro sua molitura, et labore accipere de triginta duabus mensuris grani unam mensuram, et de mestircantiis, de viginti quator mensuris unam tantum mensuram accipere possit, et non ultra.

Et quilibet molendinarius teneatur, et debeat suum molendinum tenere apertum ad macinandum ita quod occasione molendini non apti aliquis macinans in d. molendino damnum patiatur et si aliquid damnum pateretur ipse molendinarius teneatur de suo proprio reficere.

Ac etiam d. molendinarii et quilibet ipsorum in suis molendinis teneatur, et debeat retinere duas cuppulas ad accipiendum ipsam molituram sive scutellas de Ramine, vel de ligno justas et sigillatas cum sigillo et stampa existen penes Camerarium d. Communis cum quibus accipere debeat molituram grani et mestircantiae.

Volumus etiam quod nullus Molendinarius possit in suo Molendino aliquam mensuram ab uno quarto infra retinere, et si quis in pred. contrafecerit in viginti solid. puniatur, et contrafacientem quilibet possit accusare cum uno teste de visu

et ei juramentum prestan. et talis Accusator habeat
tertiam partem pene, et Curia in pred. suo procedat
officio. Et d. mensuras semel ad minus in hebdomada
perquirere teneatur sub vinculo per eum prestiti
juramenti, et sub pena decem libr. denarior. et qui=
bus per Sindicum d. Communis in suo sindicatu
condemnari debeat.

Adjicientes quod dd. Molendinarii ad oleum teneantur
et debeant toto tempore quo macinaverint olivas
continue in eorum Molendinis retinere Foglietta=
tam, Medium pred. et Bruccham just. et adjustat.
et sigillat. sigillo Communis, contrafaciens vero
in solidor. denar. decem pro qualibet vice, et mensu
ra deficiente puniatur, et Curia in pred. suo proce=
dat officio.

De ordine retinendo per Macellarios

Stat. et ord. quod Macellarii omnes et singuli teneantur
et debeant vendere carnes porcinas, Castratinas, Vitel=
linas, ac etiam quascumque alias carnes pro eo pre=
tio quod DD. Prioribus pro tempore existentibus
et Curiae d. Status videbitur, et placebit, quod pre=
tium non liceat dd. Macellariis et vendentibus
carnem aliquo modo alterare sine expressa licen=
tia prefatorum DD. Priorum, et Curie, et contra=
faciens in penam quadraginta solid. pro qualibet
et vice qualibet puniatur. Teneanturque dd. Ma=
cellarii, et quilibet ipsorum habere, et tenere pon=
dera justa et sigillata et adjustata ad pondera
de ferro tantum, et non aliter adjustatis et sigil=
latis ut supra ad pondera dicti Communis li=
bram, mediam libram, duas libras tres libras
quator libras, quinque libras, et talibus ponde=
ribus de ferro tantum, et non aliter ipsas

2 37v

carnes debeant ponderare. A quinque vero libris supra debeant d. Macellarii cum statera adjustata, et sigillata cum sigillo dicti Communis ponderare, et cuilibet petenti carnes vendere et dare iusto pondera sub pena viginti solidor. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet, ac etiam ipsi Macellarii, et quilibet ipsorum non audeat, et presumat vendere unam carnem pro alia. Qui contrafecerit in centum solid. denar. pro quolibet contrafaciente, vice qualibet puniatur, et quilibet possit contrafacientem accusare, et credatur suo juramento, et habeat tertiam partem pene.

Et dd. Macellarii, et quilibet ipsorum non audeant ponderare alicui vendenti carnes caput, neque pedes alicujus Bestie unacum d. carne ad penam decem solid. pro quolibet contrafaciente, et vice qualibet.

Et volumus quod Curia d. Status vel ejus Officiales teneantur, et debeant ad minus omni die Sabbati inquirere pro falsis ponderibus, et aliis diebus toties, quoties fuerit opportunum, et carnes venditas repesare, et quod pro una uncia in quolibet pondere non teneantur ad aliquam penam sed a d. uncia supra tantum et si in pred. d. Curia negligens fuerit in suo sindicatu in libr. decem denar. pro qualibet vice condemnetur

In quanto tempore Forenses habitantes in d. Statu Dativas solvere teneantur, et quis reputetur Forensis

Stat. et ord. quod si quis Forensis habitaverit, seu moram fecerit in dicto Statu post unum annum a primo die quo venerit in dicto Statu ad habitationem faciendam teneatur et debeat solvere dativas que in dicto Statu imponantur per foculares, sicut per alios foculares dicti Status solvitur

solvitur, et omnes, et singuli Forenses habentes posses=
siones in dicto Statu similiter teneantur, et debeant
solvere dativas de dictis suis possessionibus, prout
homines et personę dicti Status solverint pro
ęstimatione suarum possessionum, sive catasti,
et quod in prędictis, et quolibet prędictorum
possit, et debeat quilibet dictorum forensium
realiter, et personaliter conveniri, donec hujusmo=
di dativę fuerint per ipsos Forenses, et quemlibet ipso=
rum integraliter solutę, et satisfactae.

Et si Curia in pręd. fuerit negligens pęna decem li=
brarum vice qualibet in suo sindicatu debeat con=
demnari

Adjicientes quod Priores, et Antepositi cujusque Castri Vil=
lae seu loci dicti Status non debeant aut possint
aliquo modo aliquem forensem admittere et aggregare
inter focularos dicti Communis sine expressa licentia
Illmi, et Eccmi Dni, contrafaciens vero in pęna decen=
tarum librar condemnetur, et puniatur pro qualibet
et qualibet vice

Declarantes in pręsenti, et quocumque alio capitu=
lo supra, et infrascripto in presenti Volumine Sta=
tutorum contenct. Forens dici et reputari tantum
posse, et esse personas, qui non essent sub jurisdictio=
ne dicti Status et aggregatę, et connumeratę inter
foculares dicti Status, personas vero de uno loco ad
alium dicti Status inter se non habere nec posse
dici, reputari aut aliquo modo esse forensis

De pęna mittentium lapides in canales alicujus Molendini

Stat, et ord. quod nulla persona audeat vel pręsumat
aliquem lapidem, sive ejus simile impedimentum
mittere vel malitiose ponere in canale alicujus

2 38v

molendini de dicto Statu propter quod Molendinarii Molendini, vel alicuiq speciali personę damnum aliquod sequeretur, et qui contrafecerit in libris de=cem denar. vice qualibet puniatur; Teneaturque et debeat quilibet Molendinarius in capite canalis sui Molendini habere Aspum, sive Rastellum, quem si quis non habuerit pęna viginti solid. puniatur et de predictis et quolibet predictor. semper stetur et credatur juramento damnum passi, et ei plena fides adhibeatur, et Curia in predictis suo procedat officio, et ad tale damnum inferens ad emendatio=nem dicti damni, et interesse damnum passo penitus teneatur

Quod Catastum, et focularia dicti Communis dividantur

Stat, et ord. quod Catastum, et focularia dicti Status re=videantur, et fiant per illum modum, et viam qui=bus per Consiliarios dicti Communis melius expedi=re videbitur, et omne id quod per ipsos Consiliarios factum, et ordinatum fuerit valeat, et teneat ple=no jure

Adjicientes quod si aliqua familia dicti Status de=veniret ad divisionem, et ipsi inter se fecerint focum divisum, et non steterint insimul in Com=munione ad unum panem et unum vinum incon=tinenti describi debeant inter alios focularios di=cti Communis, ac facere factiones et solvere omnes et singulas dativas et impositiones per dictum Communem impositas, et imponendas, non obstan=te quod esset adhuc sub Curia, vel patria potestate et quacumque alia lege in contrarium lo=quente.

Quod liceat suum Usciamen prosequi in quolibet loco.

Stat, et ordinamus quod quicumque de dicto Statu habue=
rit Capellos, sive Arnas, et ex ipsis exierit aliquod
Usciamen, liceat Dn̄o ipsarum Apium ire, et sequi
dictum Usciamen, ipsumque resumere, et capere de
quacumque possessione, et arbore cujuscumque persone
sine aliqua pena, et si in possessione vel arbore alie=
na damnum aliquod dicta occasione inferret,
Dn̄us ipsarum Apium ipsum damnum patienti emen=
dare teneatur, et nulla persona audeat Dn̄o ipsa=
rum apium in captione dicti Usciaminis aliquod
impedimentum inferre, et qui contrafecerit in centum
solid. denar. vice qualibet puniatur, et teneatur
ad refectionem damni, et interesse Dn̄o dictarum
Apium.

De pena capientium Columbos

Stat, et ord. quod nulla persona audeat vel presumat
accipere, seu capere columbos de Columbaria alie=
na cum retibus vel indicibus, seu aliis laqueis studio=
se factis, contrafaciens vero in solid. viginti denar.
pro quolibet columbo, et vice qualibet puniatur
Si quis vero cum Schioppetto, sive Archibusio, bali=
stis et similibus sagittaverit ad Columbariam alie=
nam pena quinque librar. pro quolibet ictu pu=
niatur.
In aliis vero locis, si quis cum Archibusio, schioppetto
balistis seu aliquo simile sagittaverit in solid. qua=
draginta pro quolibet ictu ut supra puniatur.
Si quis vero devastaverit columbariam alienam, seu in
dictam Columbariam absque licentia patroni
dictae Columbariae ingressus fuerit pena quinque

2 39v

ginta librarum pro quolibet, et qualibet vice pandatur. Et nihilominus in quolibet dictorum casu damnum emendare teneatur. Volumus autem quod unicuique liceat tempore jacti seminis frumenti, cannapis, et similium per quindecim dies postea immediate sequen. cum lapidibus, bastono, laqueolis in sua propria possessione, vel conduct. dictos columbos interficere, et aliam penam, et emendam minime teneatur.

De pœna colligentium Canthium

Statuimus et ord. quod nulla persona de dicto Statu audeat vel presumat colligere vel colligi facere canthium frumenti, et rerum de quibus dudecimam dare tenetur alicujus Ecclesie Domino, vel speciali persone sine presentia Decimantis ad penam viginti solid. pro quolibet contrafaciente salvo quod si dictus talis decimans fuerit alta voce tribus vicibus vocatus per dictum talem colligentem, et non responderit, liceat illi tali dictum canthium cujuscumque generis colligere sine pena, et damno et de hujusmodi acclamatione stetur, et credatur Juramento dicti vocantis, et acclamantis cum uno Teste.

De Cereis fiendis Ecclesiis dicti Status

Stat. et ord. ad laudem et reverentiam omnipotentis Dei, et Beatae Mariae Virginis, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Celestis Curie, quod Antepositi omnium Castrorum, Villarum, et locorum dicti Status teneantur, et debeant annuatim respective unusquisque in celebratione festivitatis sue Parrochialis Ecclesie existen. in suo

Castro, Villa, et loco curare taliter pro reverentia dictę Ecclesię, ut fieri faciant Cereum, et dictae Ecclesię dictus Cereus offeratur, et quod dicti Antepositi habeant auctoritatem et facultatem imponendi, et exigendi Bol. unum pro quolibet foculari suorum locorum pro dictis Cereis fiendis.

Et si in predictis fuerint negligentes pęna quinque librarum pro quolibet, et vice qualibet puniatur et si dicti foculares recusaverint solvere dictum belon. quilibet recusans pęna decem solidorum puniatur, et de predictis stetur, et credatur relationi dictorum Antepositorum, aut eorum exactoris, et nihilominus dictus Cereus, et prędictam impositionem respective facere, et solvere teneantur et debeant ut supra sub dictis poenis

Quod Sacerdotes solvant dativas de bonis paternis

Stat. et ordinamus quod omnes Sacerdotes et Clerici de dicto Statu, et ejus Tenimento solvere teneantur et debeant in Com.e sive Exactori Communis prędicti, omnes et singulas collectas, dativas, et impositiones per dictum Communem impositas, et pro tempore imponendas de omnibus, et singulis eorum bonis, possessionibus et rebus paternis et maternis, et de omnibus aliis per ipsos emptis, et in futurum emendis, et etiam de successionibus quid. obvenientibus sub pęna quanti pluris, et executionis sicut alii seculares de dicto Statu solvere teneantur, et debeant

Quod Majores septuaginta annis, et Minores quindecim ad custodiam faciendam non cogantur

Stat. et ordin. quod nullus de dicto Statu major septuaginta annis, et minor quindecim annis teneatur ad aliquam custodiam, aut opus personale faciendum, et ad quod nullatenus cogi possint.

Quod Vasa vendentium sint justa, et sigillata

Stat, et ord. quod quilibet vendens vinum vel oleum aut aliud simile ad minutum teneatur et debeat habere et retinere vasa justa et sigillata cum mensuris et sigillo dicti Communis penes ejus Camerarium existentibus cum plumbo, et ipsa vasa, aut aliquis ipsorum non sint vasa, contrafaciens vero in quolibet dictorum casu pœna viginti solid. pro quolibet contrafaciente, et qualibet mensura puniatur.

Et hoc intelligatur de Pedicto medio Pedicto, et foglietta et quilibet vendens aliquid de prædictis teneatur mensuras implere usque ad summum ad pœnam quinque solidorum pro quolibet contrafaciente et vice qualibet, et hoc stetur et credatur juramento Accusatoris, et Curia in prædictis suo procedat officio, ac perquirere teneatur ad minus semel in ebdommatas sub pœna decem solid. in quibus debeat per Sindicum dicti Communis condemnari

Quod Castra, et alia fortellitia dicti Communis tempore suspecti custodiri debeant.

Stat, et ord. quod Fortellitia Castra et Turres Status prædicti tempore alicujus suspecti custodiri debeant per homines et personas loci ubi dicta fortellitia, et Turres extant, et Antepositi sive Innantes dictorum locorum quilibet in suo Castro Villa, et loco tempore suspicionis coadunari faciant Massarios et homines dicti loci, et proponere dictas suspiciones et prout per homines et personas illius loci, aut majorem partem ipsorum hominum ordinatum et victum fuerit exequtioni demandare teneantur, et de

debeant, sub pęna viginti librarum et nihilominus exequi, et custodiri faciant ut supra sub dictis pęna cum consensu tamen D. Commissarii et ejus Curię.

Qualiter confinia inter Castrum Materillę et Pręcepti dividantur

Stat. et ordinamus ne scandalum aliquod in futurum oriri possit inter homines Materillę et Pręcepti occasione confinium, dicta talia confinia totaliter dividantur, et divisa inter eos esse intelligantur, quod a cursu antiquo Fluminis Neris in pede focus Pręcepti, et in vocabulo le Remiccia sint divisa dicta confinia inter homines prędictorum locorum, et prout divid. duodecima olim Capitali S. Ioannis Lateranensis, et nunc Illmi et Ecmi Dni Alberici, et duodecima Monasterii S. Petri Ferentilli tali ordinatione semper dicta confinia divisa sint, et prout cursum dicti Fluminis, et dicta duodecima dividantur

Quod Castra, et Villae dicti Status possint reformationes facere.

Stat, et ordinamus quod tempore futuro Universitas cujuslibet Castri, et Villae dicti Status seu major pars hominum cujuslibet ipsorum pro conservatione, augumentatione, fortificatione et qualibet alia causa prędict. locorum et villarum possit et liceat ordinare, stabuere, et omnino reformare quidquid voluerit, et oppertune videbitur, dummodo talia ordinamenta non pręjudicent Illmo, et Ecmo Dno Alberico Cybo Malaspina et Capitulis Universitatibus script. in Volumine present. Statuti dummodo sint approbata et confirmata per prędictum Illmum Dnum seu ejus Locumtenentem, seu Auditorem, ac etiam per Consilium speciale Communis dicti Status, et non pręjudicent aut pręjudicare possint confinibus locorum vicinorum dicti Status, et non alterent pęnam convicinis de dicto Statu sed etiam eamdem pęnam pro seipsis imposuerint et solverint aliis suis convicinis de dicto Statu imponere pos=

sint exceptis dumtaxat pascuis, et herbaticis eorumdem locis propriis vendere, et locari solitis.

De pena portantium arma

Stat, et ord. quod nulla persona de dicto Statu vel aliunde audeat, vel presumat portare aliquod genus armorum offendibilium, nec etiam cultellum qui majoris longitudinis, et ultra unum palmum de tertio per Castra, loca, et Villas, et Terras dicti Status, nec in ipsorum Burgis, incipiendo in Burgo Castri Maberille a scopulis S. Mamiliani in capite vallis grottelle existentibus usque ad Fontem S. Testi, et a dicto fonte usque ad fichuram Strictus, usque ad domum Catene que est posita prope vias Lacus Castri Precepti in vocabulo capitis macchie, nec per alia Castra, terras dicti Communis nec prope ea, aut domos habit. eorumd. per centum pedes Pertice ad mensuram usualem d. Communis mensurans sub pena quinque librarum, a quolibet contrafaciente, et vice qualibet auferendum, et nihilominus perdat dicta arma.

Liceat tamen incundo foris continuatis passibus portare dicta arma per dicta loca, ligata tamen in Palatio vero Residentie Curie, et in Consilio speciali, aut generali et coadunatis dictorum locorum, et in quibuscumque Ecclesiis, et noctis tempore in quolibet dd. casu dicta pena duplicetur, et de facto exigatur.

Et quod Curia in pred. per inventionem tantum procedere possit, et dicta arma auferre teneatur, et credatur cuilibet Offitiali Arma auferenti; si vero non auferret, aut auferre non possit cum uno Teste de visu ei credatur. Teneaturque dicta Curia sub vinculo per eam prestiti juramenti, et pena decem libr. denar. in quibus debeat per Sindicum d. Communis condemnari saltem omnibus diebus Dominicis, et aliis festivitatibus perquirere pro d. armis, et repertos culpabiles punire infra terminum decem dierum post inventionem factam

factam, et si infra terminum non exegerit d.a penam am=
plius exigere non possit, et suam amittat portionem debita
portione predicta Ill.mo et Ex.mo D.no semper salva.

Siquis vero non permiserit se perquireri, aut arma aufer=
ri, aut quando fit perquisitio armorum e manibus
aut aspectu curie aufugerit in duplum suprad. penę, et
supra puniatur.

Liceat tamen cuilibet in festo S. Petri in festo Ascensionis
in Dominica medie quadragesime in d. locis, et Ecclesia pre=
dicta arma impune deferre, ac etiam in omni, et quocumq.
loco, et tempore

Volumus etiam quod liceat DD. Prioribus Cammerario et Can=
cellario d. Communis et Offitialibus damnorum dato=
rum pro tempore existentibus arma impune deferre.

De pęna alienantium aliquam rem stabilem in Territorio dicti Status alicui Forensi

Stat. et ord. quod nulla persona audeat, vel presumat alicui
Forensi, et non subiecto Communi Status pred. vendere,
donare, pignorare, testare, et legare aut aliquo modo alie=
nare aliquam rem stabilem sitam in quibuscumque
Castris, Terris, et Villis et locis, et earum ~~possessionibus~~
pertinentiis, et d. Comis, nec de rebus, et bonis stabilibus
dominium aut jus aliquod transferre alicui Forensi
et non subiecto Communi ut supra, et si secus fiet ali=
quo modo non valeat et d. res sic vendita, donata pi=
gnorata aut quomodolibet alienata ut supra ac ejus
pretio in damnum et jacturam Emptoris et Vendito=
ris ipso facto absque alia pronunciatione, et declara=
tione, sententia, et processu fiendo devolvatur, et de=
voluta esse intelligatur et sint pleno jure, et pro
tertia parte applicentur, et applicata esse intelli=
gantur, et sint Communi d. Status, et pro alia tertia
parte Ecclesię illius loci Castri, Ville unde esset dictus

2 42v

alienans ut supra, et pro alia tertia parte Cammerę et Curię pręfati Illmi Dni.

Et quod similiter nulla persona d. Status audeat, vel pręsumat vendere, donare, pignorare, et aliquo modo alienare et jus transferre alicui Forensi et non subiecto jurisdictioni d. Communis aliquam rem stabilem existentem, et positam extra Territorium d. Status Communis absque expressa licentia consensu, et voluntate omnium D.D. Priorum pro tempore existentium, ac etiam Curię d. Status et si quis contrafecerit pena dupli pretii, seu valoris d. rei venditę pignoratę, donatę, aut quomodolibet alienatę et translatę puniatur, et applicetur modo, et ordine supradicto.

Et Notarius qui de eis rogatus fuerit, et Testes qui intervenerint intra terminum quindecim dierum proxime futurorum a die rogat. et intervention. et annumeran. denuntiare, et deferre teneantur, et debeant Curię, et D.D. Prioribus d. Comis pro tempore existen. contrafacientes vero pęna quinquaginta librar. denar. pro quolibet et vice qualibet puniantur, et Curia in pręd. suo procedat officio.

De pęna extrahentium grasciam, et vendentium Forensibus

Stat, et ord. quod nulla persona de d. Statu, vel aliunde audeat vel pręsumat aliquo modo extrahere, seu extrahere facere aliquod genus Bladi, seu frumenti neque mustum ante festum omnium Sanctorum quoad d. mustum tantum extra Territorium d. Status

Nec vendere, donare, aut aliquo modo alienare, neque in solutum pagamentum alicui dare non subiecto d. Communi, et continue per se, aut familiam non habitent in d. Statu, contrafaciens vero pęna viginti quinque librarum pro quolibet, et vice qualibet puniatur, nec etiam pręsumat, vel audeat extrahere aut extrahi facere ut supra aliquem ex infrascriptis bestiis

bestiis, et animalibus (Agnos, Ædos, Castratos, Vitulos, porcinas bestias impinguatas, Capras et carnes porcinas salatas sine expressa licentia Dni Commissarii, et DD. Priorum contrafaciens vero pena valoris rei extracte pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et ad d. penas modo, et ordine supradicto volumus et declaramus subiacere qui repertus esset in itinere in actu extrahendi aliquid de d. bonis rebus, et animalibus ut supra prohibitis per distantiam centum pedum pertice mensure d. Comisa Castro, Villa, seu ulteriori loco habitationis hominum d. Status versus Terras, et loca forensium.

Volumus etiam presens Capitulum locum non habere in asportantibus sementam habentibus laboritia extra confinia, vel in confinibus tempore debito ad seminandum

Ac etiam quod liceat unicuique extrahere et extrai facere Ordeum, millium, panicum, surgum, canapulium, vinum politum, Caseum, et similiter de carne recenti ad macellum facta usque ad quantitatem decem librarum pro qualibet persona in quolibet die tantum

Quod nulla persona plantet arborem prope possessionem sui Vicini

Stat. et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat in Territorio d. Status plantare aliquam arborem domesticam, vel silvestrem juxta possessionem sui Vicini prope, vel per duos pedes pertice mensure d. Comis exceptis vitibus, et qui contrafecerit in solidos viginti pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et nihil.s dictam arborem omnino removere teneatur

Quod arbor pendens supra possessionem alienam incidi possit

Stat. et ordinamus quod arbor pendens supra possessionem alienam incidi possit ad petitionem Domini possessio-

c. 43v

nis, et Curia d. Comis ad petitionem D. d. possessionis su-
per quam d. arbor, vel pars penderet, precipiat, et mandet
Patrono d. arboris quatenus intra terminum, ut sibi vide-
tur statuen. totum id quod de d. arbore pendet, vel su-
perest d. possessioni alterius per quindecim pedes a terra
sursum in altum tendere incidat, et incidi possit et qui contra-
fecerit in predicta pena quinque librarum puniatur,
et nihilominus d. arborem sic pendentem supra d. pos-
sessionem incidere teneatur, et debeat, et Dnus possessio-
nis elapso d. termino cum licentia Curie d. Communis
possit totum id quod penderet de d. arbore supra d. posses-
sionem incidere, et incidi facere ut supra sine aliqua
pena, et damno.

Et presens capitulum non habeat locum in olivis, ficubus, et ar-
boribus in quibus vites extarent, que singulis annis potantur
que incidi, colligi, nec recolligi possint nisi per verno homi-
num d. olivarum, ficuum citium, sive pergularum dum-
modo Dnus possessionis suam possessionem arare possit

De pena impedientis, et devastantis bestiam alienam

Stat. et ord. quod si quis studiose occiderit, vel impediverit aliquam
bestiam alicujus persone, si bestia fuerit valoris a centum solid.
supra in quinque libris denar. penitus puniatur, abinde
vero infra in solid. quinquaginta puniatur; Nec non si Be-
stia alicujus occiderit, vel devastaverit aliquam bestiam
alterius, Dnus d. bestie occidentis teneatur talem bestiam occi-
sam vel devastatam Dno d. bestie devastate emendare, vel talem
bestiam occidentem damnum passo assignare, quo vero ad emen-
dationem pred. ac etiam de bestia ut supra studiose occisa, vel
impedita debeat stare per d. partes estimationi fiende per duos
Massarios, et Convicinos ipsius damnum passi, quos Massarios
damnum passus eligere possit dummodo interesse non
habeant, et similiter non attinentes in secundo consangui-
nitatis gradu

Si quis vero tenuerit bestiam suam propriam, aut ab eo condu-
ctam

conductam in sua propria possessione, vel conduct., et aliquis ad eumdem locum bestiam suam duxerit, vel a se iverit et damnum aliquod receperit a bestia Dni possessionis ut supra ad aliquam penam, vel emendam, et ad aliquod aliud minime teneatur

De immunditiis non proiiciendis in viis publicis.

Stat., et ord. quod nulla persona audeat in viis publicis, et plateis facere aliquas immunditias, contrafaciens vero pro qualibet vice in solidis quinque puniatur

De pęna comedentium, et bibentium in Tabernis

Stat. et ord. quod nulla persona d. Status cujuscumque gradus et conditionis sit audeat vel presumat manducare, et bibere in Tabernis et Hospitiis in Castris, Burgis, et Villis dicti Status { in Castris cum Burgis vel Villis ubi fuerit sua propria habitatio sub pęna decem solidorum pro qualibet et vice qualibet. Liceat tamen unicuique manducare, et bibere in aliis Tabernis existentibus in aliis Territoriis

De passagii ordine Gabellę

Passagium Gabellę ne ab aliquo defraudetur hac igitur presenti lege statuimus et ordinamus, quod si quis forensis transiverit cum salmis seu aliave vel rebus vel cum bestiis de quibus passagium solvi deberet et voluerit ire sursus Montem Francum solvat dictum passagium antequam transeat scopulos de grottellis, et si voluerit ire versus Vallem Ginestrae antequam transeat fontem S. Festi, et si voluerit ire versus Aronem solvat antequam Aream, vel domum Cathenę de capite Macchię, et si voluerit ire versus Terram Leonissę solvat antequam transeat Pichiram Strictas

Et si emeret aliquam bestiam in Tenimento dicti Status ab aliquo de dicto Statu, vel aliquo alio, et oneraverit aliquam bestiam vel bestias de quibuscumque aliis rebus teneatur et debeat d. passagium solvere antequam solvat scopulos per distantiam centum pedum a Ca=

stro loco, vel Villa ubi hujusmodi talia fecerit sub pena
viginti quinque librarum, et amissio rerum, bestiarum
et salmarum in quolibet casu predict. et cuilibet liceat
sine pena et damno contrafacientem in predict. capere
retornare, ipsum res, sive salmas quas duceret, vel bestias
et illo instanti assignare Curie Status pred. et habeat
quartam partem omnium predictorum et si cum
effectu non assignaverit in pena viginti quinque libra
puniatur.

Volumus autem quod nulla persona audeat d. Gabellam
exigere nisi ille cui, vel quibus venditur, seu Accotti
mator ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ vel ab Exactoribus licentiam habuerit, et qui contra
fecerit in viginti quinque librarum denariorum
puniatur

Volumus autem et declaramus quod in d. Statu et ejus
districtu non solvatur d. gabella per homines illius
Civitatis, Terre, Castri, seu loci ubi per homines d. Sta
tus non solvitur, et quod in futurum exactores dicti
passagii teneantur stare in locis congruis, et petere
passagium a transitantibus per tenimentum Status
de quibuscumque salmis, vel rebus que portarentur
vel ducerentur, de quibus gabella solvi deberet ante
quam transeat d. confines, et auferatur in eorum Ci
vitate, Terra, vel loco ab hominibus d. Status si vero
notitia haberet, sin autem secundum declarationem
Tabule inferius descripte de omni salma et abinde
infra pro rata tantum

Et quicumque non solverit d. passagium et fraudem in
eo commiserit incurrat in penam superius declara
tam sine aliqua diminutione.

Et si d. Exactores ultra dictam declarationem ab
aliquo exigerit totum illud plus restituere tenea
tur d. tali quod plus ablatum fuerit, et incidat
in

in pęnam decem librar ab eis de facto auferendar. et Curia in prędict. suo procedat officio.

Adjicientes autem quod talis fraus, seu fraudes in omnibus supradictis casibus, debeat seu debeant declarari per Curiam unacum DD. Prioribus bane residentibus cui declarationi stari debeat per unamq. partem.

Tabula Passagii

A

Aluminis pro qualibet salma — — — — sold. quinque
Armorum pro qualibet salma — — — — sold. decem
Aceti pro qualibet salma — — — — sold. duos
Aciię lini et canapis pro qualibet salma — sold. decem
Asinus, mulus, et his simile pro qualibet — sold. decem
Assugnę pro qualibet centenaro — — sold. decem
Amigdalarum pro qualibet salma — — sold. decem
Argenti qualitercumque pro qualibet libra — sold. decem
Alustarum pro qualibet pari — den. duos
Ancisum pro qualibet salma sold. decem
Amigdalarum cum coccis pro qualibet salma — sold. decem
Astarum Lancearum sine ferris pro qualibet salma sold. tres
Anguillarum salatarum pro qualibet salma — sold. decem
Acciari pro qualibet salma — — — sol. septem cum dimid.

Buteri

Buteri pro qualibet salma — — — sold. decem
Bambacis pro qualibet salma — — sold. decem
Buccaraminis pro qualibet petio — — sold. duos
Bovum pro qualibet — — — sold. duos cum dimidio

C

Cophinorum pictor, seu ferrator pro qualibet salma sold. duos
Cerę non laboratę pro qualibet salma — — sold. decem
Cimini pro qualibet salma — — sold. decem
Canapi pro qualibet salma — — — sold. quinque
Cammerę Cannarum pro qualibet salma sold. unum
Canapolis pro qualibet salma sold. duos

45v

Carnium salatarum pro qualibet salma — solid. decem
Capsae valoris viginti sold, et abinde usque ad decem
sol pro qualibet den. sex
Cultri Bambaciliam, et paliotti pro qualibet sold. decem
Cultri pro qualibet sol. unum sol. unum
Cultrarum de lirico laboratarum pro qualibet salma sol. qua
Cartarum Bambacinarum pro qualibet salma sol. decem
pro qualibet rizma sold. unum
Caprettorum pro qualibet den. sex
Cimaturae pro qualibet salma sold. duos
Castratorum pro qualibet sold. unum
Catinorum, Scutellarum Tagliorium pro qualibet salma sold. duos
Coraminis Conci pro qualibet salma sold. decem
Coraminis pilosi, seu crudi pro qualibet salma sold. septuaginta dim
Cartarum pecudinarum pro qualibet salma sold. decem
a salma infra pro qualibet libra den. sex
Carofani pro qualibet salma sold. triginta
Capreoli seu Cervi pro qualibet sold. unum
Cineris pro qualibet salma sold. duos
Conculatorum laboratorum pro qualibet salma sold. decem
Conculorum non laboratorum pro qualibet salma sold. decem
Ciamidarum, sive Gonnellarum pro mulieribus pro qualibet
salma — — — sold. unum
Coriorum Conciatorum pro qualibet salma sold. decem
Coriorum bufalorum pro qualibet salma sold. decem
Coriorum Bovinorum pro qualibet salma sold. quinque
Coriorum hircorum pro qualibet salma sold. quinque
Corvellorum, et Vogliariarum pro qualibet salma sold. quinque
Corrigiarum Schiadorum non de argento de auris
nec de seta sed de quato pro qualibet sold. decem
Casarum magnar, et inspedianor. veterum Tinarum
Canatorum, et his similium pro qualibet salma sold. quatuor
Casarum veterum parvarum pro qualibet salma sold. tres
Carbonis pro qualibet salma sold. unum

Carbonis de Mula pro qualibet salma	sold. tres
Cappellarum de ceba sine bombace pro qualibet salma	sold. duos
Calcis in somario pro qualibet salma	sold. unum
Casei pro qualibet salma	sold. decem
a quinque supra pro qualibet petro	den. unum
Caponum, Gallinarum, Papar. pro qualibet	den. sex
Lardorum pro qualibet salma	sold. quator
Civotei pro qualibet salma	sold. quinque
Cepollarum pro qualibet salma	sold. duos

E

Erbis toti pro qualibet salma	sold. quinque
Eque forensis duct. ad capistrum dummodo non equitetur	sold. quinq.
Erbarum probestis pro qualibet salma	den. sex
Ebreorum pro qualibet	sold. quinq.

F

Ferri vel plumbi pro qualibet salma	sold. quinq.
Ficuum siccarum pro qualibet salma	sold. quinq.
Fasiani pro quolibet	den. sex
Fustium sellarum pro qualibet salma	sold. duos
Furfuris vel fraschi pro qualibet salma	sold. duos
Ferri sagittarum pro qualibet salma	sold. decem
Fodre pellium pro qualibet salma	sold. viginti
Ferrorum lancearum pro qualibet salma	sold. decem
Ferri laborati de lechis pro qualibet salma	sold. quinq.
Fasciolorum pro qualibet salma	sold. quinque
Funium pro qualibet salma	sold. decem

G

Guarnellorum pro qualibet salma	sold. decem
a salma supra pro qualibet petro	sol. unum
Gallarum pro qualibet salma	sold. duos
Germanorum pro qualibet	den. sex
Gruorum pro qualibet	den. octo
Gradi pro qualibet salma	sold. quinq.

46v

Grani secchi pro qualibet salma | den. octo
Gensus pro qualibet salma | sold. quinq.
Gallinarum pro qualibet | den. sex

J

Iuppetellorum pro qualibet salma | sold. decem
a salma infra pro qualibet | den. sex
Incisoriorum pro qualibet salma | sold. quat.
Ircorum pro qualibet | den. sex

L

Lini pro qualibet salma | sold. decem
Lini nostralis pro qualibet salma | sold. tres
Lignaminus laborati pro qualibet salma | sol. quat.
Ligs. Bactarum del Correntorum et similium pro qualibet salma | sold. duos
Lupinorum, et Castanearum pro qualibet salma | sol. duos
Lane pro qualibet salma | sol. decem
Ligs. pro vestibus et his similibus pro qualibet salma | sol. unum
Librorum Iuris, vel Medicine pro qualibet | sold. unum
Et si dicti libri non essent ligati non teneantur excepto non esset salma, exceptuatis Libris Messalium aut Officii Virginis Marie et similibus quando quis Presbyter, R. vel aliquis secularis exportaret causa dicendi officium
Lancearum, ferratarum pro qualibet salma | sold. quinq.
Linguarum inveterarum pro qualibet | den. sex

M

Melangorum Citronorum, et Lumbearum pro qualibet salma | sol. quinq.
Merciariarum pro qualibet salma | sol. viginti
Mellis pro qualibet salma | sol. quinq.
et pro qualibet vacio | sol. duos
Masseritiarum et aliorum Arnesium pro qual. salma | sol. quinq.
Macinarum pro qualibet pari | sold. duodecim
Meretricium pro qualibet | sold. quinq.

Mortalę pro qualibet salma | sol. duos
Marzapani pro qualibet libra | sol. unum
Millei pro qualibet salma | sol. tres

N

Nucillorum pro qualibet salma | sol. duos
Nucellarum pro qualibet salma | sol. quator
Nucium pro qualibet salma | sol. tres

O

Olei pro qualibet salma | sol. quinq.
Ocrearum, et Stivalorum pro qualibet pari | den. sex
Ovorum pro qualibet salma | sol. decem
Operum Bufalorum, et cujuscumque generis pro qualibet salma | sol. duos
Olearum pro qualibet salma | sol. duos

P

Pannorum Florentinorum pro qualibet salma | lib. duas
Pannorum coloratorum pro qualibet salma | sol. decem
Pannorum Francisorum pro qualibet salma | sol. triginta
Pannorum Carfagnorum pro qualibet salma | sol. decem
Pannorum ex aliis partibus pro qualibet salma | sold. quindicim
Panni nostratis pro qualibet salma | sol. decem
Lignarum pro qualibet salma sol. duos et den. sex et pro qualibet carcha, sive levata sol. unum et quator pignis infra non teneantur
Pannorum veterum pro qualibet salma | sold.
Pelliciariȩ Conciȩ pro qualibet salma | sold. decem
Piscium pro qualibet salma | sol. tresdecim
Pellium Vulpium conciatorum, Gattorum et Tassorum pro qualibet salma | sol. quinq.
Pellium agnorum varium, concultorum non laboratorum nec conciatorum pro qualibet salma | sold. quinq.
si vero essent concii | sol. decem
Plumę novę pro qualibet salma | sol. septem

Plume veteres pro qualibet salma sold. quinque
Pomorum pro qualibet salma sol. duos
Porrum pro qualibet salma sol. quatuor
Petiarum macinarum pro qualibet salma sol. tres
Porcorum grassorum pro qualibet sol. unum et
den. quatuor
Porcellorum pro qualibet den. decem
Pannorum canapariorum pro qualibet salma sol. decem
Panni lini pro qualibet salma sol. decem
Pili bestiarum pro qualibet salma sol. duos
Panichi pro qualibet salma sol. tres
Pollastrorum, Turdorum, Palumborum et similium
ad decem supra pro qualibet den. duos
Pastorum pro qualibet salma sol. duos
Peponorum, Melonorum, Cetronorum, Cucurbitarum
Cucumerorum et his similium pro qualibet salma sol. duos
Pecudum et aliarum bestiarum minutorum pro qualibet
centinario libram unam, et solid. quinq.
Pannorum ingrossorum pro qualibet petio sol. duodecim
Pannorum milanorum pro qualibet petio sold. viginti quatuor
Panni Amerinorum pro qualibet salma sold. duodecim

Q

Qualcarum pro qualibet centenario sold. duos
Quartarorum stagnorum sive de ottono pro qualibet centenario sol. unum
Quartorum de ligno pro qualibet salma sol. quatuor
Quadrellorum pro berrectonibus pro qualibet cent.° sol. unum
et pro qualibet salma sol. octo

R

Rotellarum pro qualibet salma sol. septem
a salma infra pro qualibet den. sexe
Rubbie pro qualibet salma sol. quatuor
Rascie pro qualibet salma sol. tres
Rote pro rotanda pro qualibet sol. quinque

Roselle pro qualibet salma | sol. tres
Raminis novi pro qualibet salma | sol. viginti
et veteris | sol. decem
Rosarum pro qualibet libra | den. tres

S

Stagni, seu metalli pro qualibet salma | sol. quinq.
Senapis pro qualibet salma | sol. octo
Sellarum pro qualibet salma | sol. sex
Salis pro qualibet salma | sol. quinq.
Saponis pro qualibet salma | sol. tres
Salnitri pro qualibet centenario | sol. quinq.
Sete nove filate pro qualibet libra | den. sex
Seminis lini pro qualibet salma | sol. duos
Sevi laborati pro qualibet salma | sol. octo
Saccorum pro qualibet salma | sol. duodecim
Sonagliorum pro qualibet cent. | den. octo
Spetiarie pro qualibet centenario | sol. duodecim
Stuppe concie pro qualibet salma | sol. quinq.
Schiume de ferro pro qualibet salma | sol. quator
Sucorum pro qualibet salma | sol. quator
Scotani pro qualibet salma | sol. quinq.
Stamignarum pro qualibet salma | sol. decem
a salma infra pro qualibet petio | den. duodecim
Stagni seu metalli pro qualibet libra | den. duos
Spelte et Ordei pro qualibet salma | ~~sol. decem~~ den. sex
Scalarum Sarracinarum pro qualibet | den. unum
Spadarum pro qualibet salma | sol. decem

T

Termentine pro qualibet salma | sol. decem
Tabularum platearum, cipporum pro qualib. | sol. sold. decem
Tunninae pro qualibet salma | sol. decem
Tabullaciorum pro qualibet salma | sol. quinq.
Thuris pro qualibet salma | sol. tres

48v

V

Vasorum Victor pro qualibet salma sol. quator
et abinde infra pro qualibet levata sol. unum
sed a quator vasis infra non teneat.
Uvarum passarum pro qualibet salma den. sex
Velorum de seta vel bombacis pro qualibet sol. unum
Vini pro qualibet salma den. sex
Vernicis pro qualibet salma den. sex

Z

Zuccari viccatum pro qualibet salma sol. viginti
Zennati refonfati pro qualibet salma sol. decem
Zennati verzavoli pro qualibet petio sol. unum
Zafferaminis pro qualibet libra sol. unum
et de aliis rebus superius non declaratis solvatur
et procedatur de similibus ad similia, et quando non esset salma solvatur pro rata et pred. Pedagerius qui d. gabellam exegerit non audeat nec presumat accipere vel auferre pedagium, sive gabellam ab aliquo de aliqua re ultra predicti vel non contra supradictam tabulam ad penam supradictam et nihilominus teneatur cui ablatum fuerit illud quod abstulisset ultra, vel contra dictam tabulam restituere.

Quod Officium exerceatur secundum formam presentis Statuti

Stat, et ordinamus Quod D. Commissarius et quicumque fuerit ad regionem deputatus ejusque Curia et officiales teneantur et debeant sub vinculo per eos prestiti juramenti, et pena quinquaginta librarum denar. in quibus debeant contrafacientes in eorum sindicatu per Sindicum d. Commiss. pro qualibet et vice qualibet condemnari, eorum officium facere, et exercere prout disponitur per Volumen presentis Statuti et per Capitula ipsius Statuti, pro toto tempore quo presens Statutum durabit et per generale Consilium

et

et Arrengam cum decreto Illmi et Excmi Dni Alberici Cybo-Malaspinę fuerit total.r revocatum, et omne Statutum hactenus factum conditum et ordinatum pręter istud sit cassum, irritum et inane nullius valoris, et efficacię vel momenti, et omnia et singula capitula quę in eo continentur, et scripta sunt volumus et declaramus in perpetuum usu posse aliquo modo tolli nisi ut predicitur per dictum generale Consilium et decreto publico fuerit solemniter revocatum et quidquid fieret vigore alterius Statuti sive Capituli cujus nisi vigore pręsentis Statuti, et capitulorum ipsius a die publicationis hujus pręsentis Statuti in posterum nullum robur volumus obtinere, et si aliquod capitulum aliquo modo esset quod quoquo modo faceret seu esset contra libertatem Ecclesiam S. R. E. et Illmum et Exmum D. Alberico Cybo Malaspina nostrum nostrique Communis perpetuum D. et Patronum, hujusmodi capitulum sit cassum, irritum et inane et nullam obtineat roboris firmitatem. — Ego Joannes de Judicibus —

Quintus Liber damnorum datorum.

De pęna damnum dantium personaliter aut cum Bestis possessionibus Ecclesię S. Petri.

Statuimus et ordinamus quod si quis personaliter d.d. in fructibus in possessionibus Ecclesię S. Petri de Ferentillo pęna decem solid. vice qualibet puniatur et si bestia alicujus in d. possessionibus et fructibus d.d. pro qualibet bestia grossa in duobus solid. denar. puniatur vice qualibet. Si quis autem d.d. incidendo ligna in Silva d. Ecclesię infra hos confines a Colle S. Benedicti usque ad Monasterium S. Petri predicti et erit ad possessionem quę olim fuit Petri Angeloni

49v

et exit ad vadum Vallis Cupę, et descendit usque ad Ecclesiam S. Angeli, et ascendit super Ecclesiam SSmę Trinitatis versus dictum Monasterium, et qui contrafecerit in inciden. ligna in decem libris denar. vice qualibet puniatur, et si bestię grossę intraverint ad pasculandum inter dictos confines in duobus solid. denar. pro qualibet bestia grossa vice qualibet puniatur.

De pœna facientis frondes in Vineis et Arboribus alienis

Stat. et ordinamus quod nulla persona audeat facere, vel fieri facere frondes de vineis pergulis sagino et aliis arboribus alienis ubi existant pergulae sine licentia Dominorum ipsorum, contrafaciens vero pęna quindecim solidorum pro quolibet, et vice qualibet puniatur ut damnum passo emendare teneatur

De poena inciden. arbores domesticas, et fructiferas alienas in Ragnatorio alieno, et aucupando in eo.

Stat. et ordinamus quod arborem fructiferam nullus incidere audeat, vel pręsumat, vel scorzare aliquam arborem fructiferam, seu domesticam a taglione supra, et si talis arbor, vel Vitis sic scoriata aut incisa efficeretur totaliter inutilis pęna decem librar. pro quolibet et qualibet arbore puniatur

Si vero totaliter inutilis non efficeretur pro quolibet in solidis decem puniatur.

Declarantes arborem domesticam, et fructiferam quae faceret seu tractu temporis facere posset fructum ad humanum usum deputatos et etiam Quercus, et alias arbores habentes et sustinentes vites seu pergulas

Si quis vero deramaverit quercum fructiferam, vel non sustinentem, vel etiam arborem quamcumque deputatam ad vitem seu pergulam sustinere pro quolibet ramo deramato in solidis quinque puniatur pro deramatione vero capitis, seu capitum vitium sive pergularum illius anni facta a terra pęna decem

decem solidorum puniatur
Si vero dictam declamationem fecerit ascendendo in arbo=
rem aut vitem seu supra terram pœna viginti quinque
solidorum pro quolibet contrafaciente condemnetur. Si
quis vero inciserit aliquam arborem in Ragnatorio alie=
no, seu prope d. Ragnatorium per viginti pedes, pœna
quadraginta solidorum pro qualibet arbore, et vice qua=
libet puniatur

Si quis vero aucupatus fuerit, seu uccellaverit in Ragnatorio
alieno sine licentia Dni in solidos viginti pro quolibet
et vice qualibet puniatur, et in quolibet dictorum casu
damnum emendare patienti.

De pœna manualiter dd. in fructibus Leguminibus Horto, Vineis, et herbis alienis.

Stat. et ord. quod nulla persona major quatuordecim annis audeat, vel
presumat manualiter d.d. Malis, Piris, Prunis, Ficubus, Nucibus, Cera=
sis, olivis, et aliis fructibus, et leguminibus alienis, nec d. fructus
et legumina legere, aut colligere. Si quis vero contrafecerit
pęna viginti sold. pro quolibet, et vice qualibet puniatur.
Si quis vero major ut supra manualiter del. in horto alieno pęna
quadraginta solid. pro quolibet et vice qualibet puniatur
Si quis vero major ut supra dd. agrestas, et Uvas alienas manua=
liter colligendo usque in duos graspos pęna decem solid. pro
quolibet, et vice qualibet puniatur
A d. vero graspis duabus supra pęna quinque solid. pro quo=
libet graspo puniatur.
Si quis vero tantę temeritatis exstiterit in colligendo ultra viginti gra=
spos de die, seu de nocte quomodolibet a dicta quantite viginti
graspor. supra, per Curiam poni immitti, et detineri debeat per
decem horas de die palam, et publice ad catenam, et Merlinam
Communis sub vinculo per eum prestiti juramenti, et pęna quin=
quaginta librarum in quibus per Sindicum d. Communis
in suo sindicatu condemnari debeat, et si in fortiam Curię
talis Malefactor non pervenerit tunc et eo casu cujus fuga et

50v

contumacia efficiatur delictum Criminale, et condemnetur et puniatur in pena viginti quinque librarum et ultra penam incursam ut supra pro dato damno.

Volumus etiam Officiales DD. teneri, et obligatos esse sub vinculo per eos prestiti juramenti et pena quinquaginta librarum pro quolibet et vice qualibet in eventum contraventionis de facto incurrendar. infra viginti quatuor horas post facta eorum inventionem referre et denuntiare D. Comissario et ejus Curie omnes et singulas personas per eos vel per eum repertas de die colligentes ultra viginti quasjos, et de nocte quomodolibet damnum dantes ut supra ad effectum, ut hujusmodi malfactores majores ut supra ad d. Catenam affigi possint et nihil in casibus supra d. prefati malfactores majores ut supra dd. a viginti quaspis ut supra sive positi sint ad Merlinam sive non teneantur solvere d. officialibus d. penam quinque solid. pro quolibet grapo

Et si quis vero Major ut supra damnum dederit falciando seu evellendo aliquod genus bladi, seu leguminis pena viginti solid. pro quolibet, et vice qualibet puniatur, de nocte vero in quolibet casu duplicetur pena

Malfactores majores ut supra dd. de nocte infra terminum trium dierum tunc proxime subsequentium teneantur et debeat poni, et immitti facere, ac retinere palam, et publice de die per decem horas ad catenas d. Communis, et si in fortiam Curie non pervenerint in hujusmodi delictum pro sua contumacia efficiatur criminale et in pena viginti quinque librar. malfactor supra supradictus in quolibet dd. casu condemnetur et puniatur ut supra, ultra penam ut supra taxatam pro damno illato

Minores vero quatordecim annis majores tantum septem annis in medietate dicte pene pecuniarie pro damnis datis in quolibet d. casu puniantur.

Minores vero septem annis ad aliquam penam minime teneantur.

Volumus si quis Major quatordecim annis ut supra d. falciando, seu evellendo herbas custoditas pratinas signatas et his similia in sold. decem pro quolibet et vice qualibet puniatur, et de nocte duplicentur minore non tantum majores septem annis ut supra in medietate d. pene puniantur, et in quolibet casu damnum emendare patienti

Si quis vero dd. evellendo propagines vites, Ulmos, Platanos aliasque plantas pro fructibus deputatas, seu aliquas plantas ad sustentationem vitis deputatas pena quinquaginta solid. pro quolibet et qualibet planta puniatur, et de nocte duplicentur, et in quolibet casu pro supradd. penis pecuniaris, et condemnationibus supradd. et pro omnibus et singulis aliis penis personaliter, aut ex bestiis ex causa damni dati debitis tamen ex presenti quamvis quocumq. alio casu Sorto in volumine presentis statuti et libro DD. veniret imponenda, et etiam pro emendatione ejusdem Patronem seu Majorem domus teneri, et obligatum esse pro tota familia, et habitantibus in eo.

Et similiter Dominum pro famulo salvo tamen eidem jure retinendi de salario, seu repetendi exceptis penis pro bestiis solutis in quibus volumus famulos non teneri nisi studiose cum bestiis damnum dederit.

Volumus etiam quod in omnibus, supradictis singulis casibus liceat unicuique contrafacientes in pred. seu aliquo dictorum, accusare ejusq. accusationi cum juramento, et d. unius testis fide digni plena fides adhibeatur.

Et quod liceat unicuique fructus pendentes, ficus, mala, Pira, Nuces, Persica, Pruna, Cerasas supra suam terram propriam vel conduct. a Terra tamen ind. sua possessione existen. moderate impune colligere, et similiter nuces et alias quorumque fructus in terris jacentes impune colligere.

Adjicientes quod Mulieres propter honestatem in casibus supradd. ad mertinam aliquo modo poni non debere. Volumus autem nemini licere de sua propria vel conducta possessione ultra tres graspos uvarum reportare sub pena quinque solid. pro quolibet graspo. Liceat tamen cum presentia unius testis Maris

51v

vel femine ultra d. quantitatem recolligere et reportare absque pena dummodo bestem revaverit.

Volumus etiam quemcumque ab Officialibus DD. et Officialibus Comm. permitti perquiri pena quadraginta solid. pro quolibet, vice qualibet puniatur.

De pœna portantium palos alienos, et sparantium possessionem alienam.

Stat. et ordinamus quod si quis asportaverit palos, sive perticas, forcones et similia de vinea, horto, aut possessione aliena, seu sparaverit fractam, seu murum, aut maceriem aliquam devastaverit in quolibet dictorum casuum et vice qualibet pena viginti solidorum puniatur, et damnum emendet patienti.

De pœna facientis Cesam fornacem, et Carbonem in spaciis Fossarum Marzani, Sacrati, et aliis bonis Communis.

Stat. et ordinamus quod carbonem, cesam, aut fornacem in spaciis fossarum Marzani, et in Silva Sacrati, et in aliis locis d. Communis nulla persona audeat vel presumat facere aut fieri facere, a via Planelli et exit ad viam Moricai qua itur ad Castrum Petani, et a capite Moriconi supra infra d. confines, nec etiam in spaciis fossarum a via qua vadit ad colles nuncium, et vadit ad Collem Brugneri et exit ad Moriconem Vallis Vecchie, et in Silva Sacrati, a Casaleno Lombardorum recte per viam et exit ad schioppum Purelli, Leopardini, et de infra versus flumen Naris, et in aliis locis d. Communis sine expressa licentia DD. Priorum d. Communis, et qui in predictis, aut aliquo predicto contrafecerit in decem libr. denar. pro quolibet et vice qualibet puniatur, et nihilominus responsionem et cottimum d. Comunis, et ejus Cammerario teneatur, ac solvere cum effectu affictum pro dicta fornace Cammerario d. Communis libras quindecim infra terminum viginti dierum post decoctionem d. Fornacis.

Et si in pred. tempus non solverit cum effectu non solverit in manibus generalis Cammerarii affictum predict. tunc, et eo casu teneatur, et obligatus sit solvere d. Camerario libr. viginti, et Curia ea predicto ipso procedat officio;

licet

licat tamen cuilibet in dicta silva sacrati intra supradictos confines, et ejus territorium ducere bestias ad pasculandum sine pena, et damno, ac trahere ligna, et fraschas incidere pro dictis bestiis, et usu sue domus, et si quis vero per instrumentum aliquo tempore ostendere poterit in tenimento silve predicte habere aliquas possessiones, possit, et sibi liceat ipsas possessiones fructare, et si instrumentum non habuerit tunc per Priores d. Communis eligantur tot Massarii quot eis videbitur ad testificandum si d. possessiones sint d. Comunis aut d. postulantis

De pœna negantium aut mutantium nomen pro alio =

Stat. et ordinamus quod omnes, et singuli majores quatordecim annis qui interrogati fuerint in Causa DD. et extraordinariorum per Curiam, et Officiales d. Comunis de eorum, aut aliorum nominibus, bestis, et possessionibus, et vocabulis teneantur, et debeant nomina propria dicere, et non unum nomen pro alio, et si quis contrafecerit in quadraginta solidorum puniatur, et si rectam assignationem non fecerit in assignatione animalium unius pro alio ille talis assignans penam damni dati in duplum de suis propriis solvere teneatur, Minores vero quatordecim annis, majores tamen in solidos septem decem pro qualibet vice qualibet puniantur, Minores tamen septem annis ad aliquam penam minime teneri declaramus.

De pœna facientium viam per possessionem alienam.

Stat. et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat per possessionem alienam seminatam cum bestiis facere viam maliciose, si quis vero per dictam possessionem seminatam sine bestiis transiret pena quinque solidorum puniatur, et si vero cum bestiis in duplum puniatur, si quis vero transiverit sine bestia per possessionem alienam in qua extarent aliqui fructus uve, seu aliorum fructuum genera, de quibus comedi posset pena trium solid. puniatur, si vero cum bestiis in duplum puniatur, si quis vero sine bestiis aliis temporibus transiret ad aliquam penam non teneri volumus, nisi prius eid. inhibitum esset a d. possessionis

sea bandibum: si quis vero cum bestiis transiret pęna quin=
quę solidorum puniatur, liceat tamen unicuique tem
pore messurę, et vendemiarum cum bestiis, et sine bestiis
conducendo granum, et portando uvas, aut mustum transire
non autem aliquod damnum faciendo absque alia pęna
et damno declarantes d. capitulum locum non habere quan=
do via publica esset aperta, et per eam commode tran=
sire posset, sin autem licere unicuique transire per pos=
sessionem vicini adiacentis d. vię cujus defectu, et culpa
d. via publica impedita esset.
Forensibus autem per semitam possessionum vicinorum
d. vię publicę dummodo apertę non essent sine bestiis
impune transire possit, et similiter cum bestiis quando
via esset impedita.

De custodibus eligendis et eorum offitio

Stat. et ord. quod Antepositi Castrorum, et Villarum, et locorum
d. Status intra terminum octo dierum post Kalendas Maji
teneantur, et debeant quilibet in suo Castro, Villa, et Loco
cum presentia et consensu D. Commissarii aut ejus Curię
eligere tres aut quatuor Guardianos de dicto loco, qui sint
majores viginti annis ad perquirendum omnia et singula
damna inferenda personaliter tantum in pertinentiis
ipsorum, et si dd. Antepositi in prędict. fuerint negligentes
in pęna decem librarum pro quolibet puniatur, et nihils.
intra alios octo dies eligere teneantur sub d. pęna. Qui
Guardiani post eorum electionem teneantur, et debeant
in manibus prefati D. Commissarii seu ejus Curię eorum
officium bene, et fideliter ac diligenter facere, et exercere
ac referre eid. de octo diebus in octo dies omnes, et sin=
gulas personas personaliter damnum dantes quibuscum=
que fructibus, et bonis in dd. pertinentiis existentibus.
Et si dd. Custodes in pręd. fuerint negligentes in sold.
viginti pro quolibet vice puniantur, et nihilominus
perquirere et referre teneantur ut supra sub d. pęna

eorumque

eorumque relationibus plena adhibeatur fides, et de
omnibus inventionibus et relationibus per eos fiendis
habeant tertiam partem pene applicam. pro aliis
duabus restis partibus Curie et Communi d. Status, quas
quidem penas d. D. Commiss. et ejus Curia a Malefacto=
ribus exigere teneantur, et d. Officiali, et d. Communi
debitas portiones infra d. terminos de octo in octo dies
dare, et cum effectu solvere teneantur, et nomina
dd. Custodum retineantur in secreto, et nemini pu=
blicari a prefatis D. Commiss. et Curia, et Antepo=
sito sub pena viginti quinque librarum.

Volumus etiam d. Custodibus non licere aliquo modo damna
dare et si aliquod ~~da~~ damnum intulerint duplicata
pena rigore presentium Statutorum imponen.
eos et quemlibet ipsorum puniri. Quibus Custodi=
bus semper electis, mandamus publi~~cum~~ banmenta
ta fieri debere de commissione prefati D. Commissarii
seu ejus Curie, et Antepositorum ad effectum ut qui=
libet a damnis abstineat, et eorum Officium duret
et durare intelligatur a principio Mensis Maji usque
ad medietatem mensis Octobris cujuslibet anni.

Quod Commune alicujus Castri, Ville, seu Loci accusare non possit

Stat. et ordinamus quod Universitas seu Commune alicujus
Castri, seu Ville d. Status pro damnis datis personaliter
aut cum bestiis per aliquem accusare non possit, sed
procedatur per inquisitionem et repertis culpabiles
puniri debere secundum eorum delicta, et si secus fa=
ctum fuerit nullatenus valeat.

Qualiter Curia debeat suspectum datum requiri facere.

Stat. et ord. quod Curia d. Status ad instantiam cujuslibet
damnum passi, et suspectum allegantis, d. Curia te=
neatur et debeat ipsos suspectos citare facere et re=
quirere, et ipsos suspectos ad juramentum recipere

53v

et ad excusationem et si d. damnum ipsi fecerint, vel ne, et si quis dixerit damnum fecisse puniatur in ea pena de qua loquitur capitulum de similibus damnis datis et damnum emendet patienti

De inquisitionibus et denunciis fiendis in damnis datis

Stat. et ordinamus quod quecumque cui aliquod damnum illatum fuerit, possit, et sibi liceat coram Curia d. Stabs comparere et puniri facere omnes et singulas personasque manualiter, et cum bestiis quomodocumque sibi damnum fecerint aut dederint post unum mensem post illatum damnum et non ultra, testes ad minus duos qui non sint sub ejus familia nominare et assignare, et duos extimatores d. damni in d. inquisitione apponere, qui sint majores viginti annis, et d. damnum passo in secundum gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusive computandos secundum jus Canonicum non attinentes

Et si infra d. mensem testes examinandos, et extimatores non nominaverit alterius per d. Curiam nullatenus admittatur, teneaturque d. Curia recepto prius per eam juramento d. inquisitionem et denuntiam non animo calumnie facere, et sibi damnum fuisse illatum dictam inquisitionem et denuntiam scribere per acta ipsius Curie, exequi et expediri facere per quemcumque officialem dummodo non sit Officialis ad perquirendum foras damna data deputatus per quem volumus quoquomodo expediri, et procedi non posse et si aliter fieret nullatenus valeat, et aliquam penam damnum dantibus, et in repertis exigere possit.

Teneaturque dicta Curia d. denuntiam et inquisitionem terminare, et expedire infra terminum unius alterius mensis a die d. inquisitionis, et denuncie quam si non expediverit, et terminaverit elapso dicto termino quoad ejus penam accrescat, et nihil

nihil. expedire teneatur sub pena decem librar. in quibus per Sindicum d. Comis condemnare teneatur, et ad restitutionem damni et interesse partis inquirentis teneatur nisi per absentiam, vel infirmitatem officialis, aut Testium expedire non potuerit, qui termine absentie vel infirmitatis durantium inquirenti et Curie currere quoquo modo non debeat:

Volumus autem quod in predict. omnibus et singulis Casibus et quibus ex forma presentium Statutorum aliqua pena veniret imponenda, et per Curiam exigitur, prefata Curia et Officiales teneantur et obligati sint absque aliquo salario, et mercede ad istantiam damnum passi exigere omnem et quamcumque emendam una cum pena, seu quoties cumq. per alium petitum fuerit summarie et de facto, et si aliter fieret in suo Sindicatu reficere teneatur de suo proprio emendam, et damnum pred. Dno et Patrono damnum petenti.

Adjicimus quod Testes in dd. apponendi et examinandi sint et esse debeant ad minus Etatis decem annorum, et abinde supra, et eorum Juramento, et dicto credatur, Minores vero nullatenus admittantur

Et volumus quod juramentum alicujus in casibus predictis reprobari non possit per aliquem testem minorem quatordecim annis abinde vero supra majorem reprobari possit, et in hujusmodi inquisitionibus et denunciis in sold. quadragintadenar. puniantur.

Volumus quod unicuique facienti seu facere volenti Inquisitionem, vel denuntiam liceat, et possit extrahere a pena eo tempore quo d. Inquisitionem, et denuntiam fecerit bannum quemcumq. voluerit

Volumus autem quod unicuique habenti terram propriam vel conductam tam in pertinentiis d. Stali, quam etiam extra pro hujusmodi damnis datis reperiens

liceret ac possit inquirere coram Curia dicti Stabij apponendo tm. testes aextimatores termino, modo, et ordine suprad. qui sint de d. Stabio et Malfactores reperti de d. Stabio teneantur ad d. emendam et penam solvendam prout ex forma Capitulorum presentis Stabi venit imponendas et insuper volumus quod facta emendatione per damnum dantes d. damnum passo, d. damnum passus inquirens teneatur, et debeat d. inquisitionem et jus inquirendi contra alios damnum dantes ad omnem ejus simplicem requisitionem reconcedere.

Quam reconcessionem unica tm. vice volumus posse fieri, et qui requirens, et ejus requirendi ut supra habens teneatur, et debeat infra terminum unius mensis a die ubi factae et descriptae reconcessionis penes acta Curiae connumerare al minus duos testes majores ut supra, et in prima inquisitione et examine in ea facto non habentes aliquid proprium et particulare interesse, quae quidem inquisitio ut supra secundo loco reconcessa, et facta terminari, et expediri, et exequi debeat modo et ordine supradictis

Declarantes in qualibet emendatione damnorum datorum bestias porcinas connumerari inter grossas, et tres bestias caprinas reputari pro una bestia grossa, et quator bestiae pecudinae reputari pro una bestia grossa.

De poena personaliter aut cum bestiis dd. paleis vel Fęno alieno

Stat. et ord. quod nulla persona audeat vel presumat damnum dare personaliter paleis alienis, sive fuerit in paleare sive in montono, vel quomodocumque et in quocumq. loco sub infrascriptis penis modo infrascripto limitatis si dd. personaliter rumpendo paleare sive montonum alienum pena quinque libr. puniatur pro qualibet et vice qualibet post primam vero rupturam personaliter damnum dantes, vel damnum fieri facientes

dictis

dictis paleis puniatur in libris tribus pro qualibet, et qualibet salma palearum, et in decem solid. pro quolibet sacco et abinde infra, et damnum emendare passo teneantur et solvere nomine emendę, a Montibus infra ad rationem trium carolenorum pro qualibet salma palearum absque alia ęstimatione inde facienda, et sol. quatuor pro quolibet sacco quam quidem emendam Curia, et Officiales d. Status teneantur, et debeant ante exactionem pęnarum prędict. vel saltem una cum dictis pęnis, exigere vel solvi facere pro Dnō si ita petitum extiterit et si contrafecerit de suo proprio teneatur, de aliis vero paleis in montibus existentibus quoad emendam teneantur damnum dantes in Carolenis duobus pro qualibet salma.

Declarantes in premissis casibus salma intelligi quę cum aliqua bestia deferretur, et pręsens capitulum etiam locum habeat contra damnum dantes ad fęnum alienum.

Si quis vero cum bestiis non tamen studiose cujuscumque generis, et pręcertim grossis, et porcinis quomodocumque damnum dederint ad paleas et fęnum alienum solvat pro qualibet bestia solidos quinque, et de nocte pęnę prędictę duplicentur, et damnum emendet patienti.

Quod credatur juramento damnum passo usque in summam decem solidorum.

Stat. et ord. quod in damnis datis stetur, et credatur juramento damnum passi usque in quantitatem decem solidorum pro emenda, et pro pęna prout ex forma presentium statutorum venit imponenda.

A dd. vero decem sol. supra cum uno teste de visu major decem annis usque in quamcumque quantitatem stetur, et credatur quoad pęnam, quo vero ad emendam estimari, et appretiari debere modo et forma in cap. de inquisitionibus declaratur.

De pœna bestiarum dd. in Vineis, Horto, Croco, Prato, seminato, et aliis rebus alienis

Stat, et ord. quod si bestia alicujs damnum dederit in Vineis, horto, croco alieno Dominus bestiarum pro qualibet bestia grossa caprina, sive porcina in solidos decem pro quolibet, et vice qualibet puniatur, a medietate mensis Maji usque per totum mensem Octobris, in aliis vero temporibus in medietatem d. penæ puniatur, et damnum emendet patienti. Si vero dd. in seminato prato custodito, et aliis possessionibus pro herba signatis puniatur in solidis quinque pro qualibet bestia grossa sive porcina.

Et pro qua bestia minuta, pecudina sive caprina in solido uno pro qualibet, et qualibet vice, a Kalendis mensis Maji usque ad Kalendas mensis Septembris, in aliis vero temporibus in medietatem d. penæ puniatur, et damnum emendet patienti

Si vero dd. bestiæ dd. olivibus et glandibus ex arbore cadentibus sive in terra jacentibus Dominus dd. bestiarum in sol. quinque pro qualibet bestia grossa sive porcina puniatur, et pro qualibet bestia caprina, sive pecudina in sold. uno et de dd. glandibus, seu olivis locum non habeant in viis publicis cadentibus, et jacentibus quæ ad aliquam penam minime teneantur.

Adjicientes quod si quis retinuerit aliquas bestias tam grossas quam minutas studiose in horto, croco, vinea, agro seminato et aliis herbis custoditis, ac olivis et glandibus alienis in quolibet dd. casu Dnus dd. bestiarum in duplum puniatur pro qualibet bestia, et vice qualibet, pena, modo et ordine superius declaratis.

Si quis vero immiserit, seu retinuerit, seu bestiæ alicujs repertæ fuerint in possessione aliena in qua essent plantones ficus, Pruna, Cerasa, et similia vites, seu pergulae a septem arboribus fructiferis, vitibus, seu pergulis supra, Dnus dictarum bestiarum puniatur in solid. duobus pro qualibet bestia grossa porcina seu caprina, et pro qualibet bestia pecudina in den. sex, et ultra d. penam Custos dd. animalium in omnibus, et suprad. casibus de nocte commissis in solid. quinque

quinque pro quolibet, et vice qualibet pro persona sua bantum puniatur.

Et si aliqua d. bestiarum reperta fuerit damnum dare corrodendo vites et arbores supradictas in duplum ut supra declaratum est puniatur, et in quolibet dd. casuum Dnus bestiarum damnum emendet patienti.

Declarantes dictam possessionem a septem arboribus seu vitibus supra intelligi debere et esse, quae esset ab omni parte ipsius arboribus fructiferis sive vitibus plantata. Sed si esset ab una parte tantum plantata, et in reliqua parte possessionis non essent dd. arbores sive vites quod tunc, et eo casu bestias pasculantes in d. possessione per distantiam decem pedum pertice d. Comunis a dd. arboribus et vitibus ad poenam retentionis jure dd. non teneri, nisi aliter essent seminatae seu aliquod damnum ex forma praesentium Statutorum effectualiter interveniet.

De poena mittentium bestias in possione aliena dum permanent Metae

Stat. et ordinamus quod nulla persona audeat, vel praesumat bestias in possessiones, et areas alienas in quibus esset aliqua meta sive mucchia alicujus Bladi tempore messium, et qui contrafecerit pro quolibet, et qualibet vice in solid. decem puniatur, exceptis pecudibus et capris, quae si damnum non dederint ad aliquam penam non teneantur. Si vero dd. bestiae dd. puniantur ut supra in seminato dictum est, et damnum emendet patienti, et locum non habeant in bestiis triturantibus in d. Area et bestiis conducentibus granum in d. areas.

Quod de unica possessione, vel re unica, una tantum pena solvatur

Stat. et ordin. quod si quis damnum dederit cum bestiis in possessionibus alienis unam tantum penam solvere teneantur licet plures poenae essent comprensae in d. possessione

De poena Forensium dd. personaliter aut cum bestiis in possessione aliena

Stat. et ord. quod si quis forensis personaliter, aut cum bestiis damnum dederit in possessionibus intus territorium d. Status existentibus teneantur solvere similem penam, sive damnum quod solvere tenentur quicumque d. Status existentibus personaliter, aut cum bestiis damnum intulisset in possessionibus, et locis ubi esset talis forensis, et damnum emendare patienti, et quando certa notitia haberetur quod nam solverint homines d. Status in Terra loco unde esset d. Forensis quod nunc et eo casu teneatur solvere illam penam prout inter homines ipsius Status solvitur ex forma presentium Statutorum

Quod per Curiam et Uffitiales damnum dantes videantur et inventiones exequantur infra terminum viginti dierum, et de Custodibus dandis

Stat, et ord. quod Offitiales DD. continuo perquirere et rimare teneantur, et debeant damnum dantes tam manualiter quam cum bestiis per Territorium d. Comunis, et singulos, quos invenerint manualiter aut cum bestiis dd. scribat in uno libro cartulato, bene composit. sigillat. et stampato sigillo, et stampa Comunis scribere debeat cum nomine Patroni dd. et possessionis in quo loco, et vocabulo et juxta quos fines, et sub qua custodia de die in diem, et eodem instanti Dominum, seu Pastorem, aut Custodem monere de dicto damno.

Et si non invenerit Dnum, et Pastorem sive Custodem non reperiverit teneatur et debeat bestias quas invenerit damnum dantes secum ducere, donec et quousque d. bestie per aliquem ex d. Statu fuerint recognite et si aliter fieret ejus inventio evanescat, et penam de eo exequi aliquo modo non possit. Teneaturque Curia, et Offitiales pred. omnes et singulas inventiones, et damna data exequi, et penam effectualiter exigere per solutionem, aut pignus infra terminum viginti dierum a die inventionis et si infra d. tempus executioni non demandaverint non obstante

quocumque

quocumque capitulo, sive calculo, conventione, et obligatione,
quomodolibet inter eos facta, dictam pœnam inventionis
totaliter amittat, et eam quoquo amplius exigere non
possit, et quod de omnibus, et singulis inventionibus per
d. officialem faciendis tam manualiter, quam cum
bestiis de die, et de nocte stetur, ac credatur relationi
DD. Officialium una cum Guardiano ejusmodi major
tamen quatordecim annis, quem Guardianum eidem dari vo=
lumus de die, ac etiam de nocte si petatur congruis temporibus
uno die pro altero. Mandantes librum Custodiæ et super custodibus
dd. Officialibus assignari et fieri debere per Antepositos Castrorum
Villarum et Locorum d. Status; quemlibet in suo loco in quo de=
scribatur omnes et singuli Mares tam Majores quatordecim
annis, et abinde supra usque in sexaginta, et non ultra, et dictum
librum conservari debeat penes Cancellarium d. Comitis, qui Guar=
diani, unus pro quolibet die, seu de nocte dummodo requisiti fue=
rint una die pro altera personal. aut domi astante familia, seu
in præsentia convicinorum accedere, et ire teneatur cum d. Officiali,
aut aliquem alium loco sui majorem ut supra in temporibus
trasmittere.

Et si quis recusaverit, aut negligens fuerit dare, et solvere teneatur
d. officiali bol. octo de quibus d. officialis possit, et valeat alium
Custodem sumptibus suis convocare incipiendo a capite Castri,
seu loci, et ut sequitur in libro prædicto seriatim prosequi.

De pœna falciantis in Monte Aspræ et Solennis

Stat. et ordinamus quod a Kalendis mensis Aprilis usque ad festum
S. Michaelis Arcangeli de mense septembris nulla persona audeat
vel præsumat laborare, seu ligonizzare cum Bobus, vel sine in
Monte Aspræ, nec falciare et fœnum facere sub pœna quinque
librar. pro quolibet, et vice qualibet, nec in d. Monte aliquas
bestias mittere ad pasculandum, et retinere sub pœna decem
sub pœna decem solid. pro qualibet bestia grossa, et duorum
solidorum cum dimidio pro qualibet bestia minuta

Si quis etiam a Kalendis Mensis Aprilis usque ad festum S.

57v

Felicis de mense Junii in Monte Solcanis a schioppo supra et a pede Collis Pachi supra et exit ad Porbellos miserit aut retinuerit aliquas bestias in pasturam, Dnus bestiarum pœna decem solid. pro qualibet, et qualibet vice puniatur, dummodo aliter per Consilium d. Status cum consensu Dni Commissarii provisum non fuerit.

De bestis venalibus ad impinguandum.

Stat, et ord. quod si quis de d. Statu duceret aliquas bestias cujuscumque generis ad vendendum possit et sibi liceat eas retinere, et pascolare in Territorio d. Comunis per viginti dies continuos absque alia pœna et damna non obstantibus quibuscumque capitulis, et sententiis tam Communalibus quam particularibus, tam factis quam faciendis quomodocumque et qualitercumque nisi expresse de presenti capitulo fieret mentio, et de eo specifice et expresse derogatum fuerit

Si vero d. bestiæ aliquod damnum dederint Dnus ipsarum ad pœnam et emendam teneatur juxta formam capituli generalis de bestiis damna loquentem. Volumus etiam quod tempore glandium a kalendis Mensis Octobris per totum mensem Decembris unicuique liceat omnem et quemcumque numerum bestiarum porcinarum dummodo non sint scrofæ retinere in suo querceto, et glandibus propriis, seu conductis pascolis. Quæ si possessionibus, et bonis alienis damnum non dederint ad aliquam pœnam minime teneantur non obstantibus ut supra, et similiter liceat d. bestias per vias publicas ad eorum stabula, et mansiones ducere, et reducere absque aliqua pœna et damno.

Quod cuique liceat dare licentiam de suis possessionibus.

Stat, et ord. quod si quis personaliter, aut cum bestiis dd. possessionibus, et fructibus alienis in presentia, et cum consensu D. possessionis seu alicujus de ejus familia ad aliquam pœnam minime teneatur, et similiter liceat Dno possessionis cuilibet licentiam dare de sui bonis cum bestiis pascolandi et fructus colligendi, et ad aliquam pœnam non teneantur dummodo de hujusmodi licentia pene acta constiterit seu in presentia duorum testium data fuerit

De pœna retinentium Scrofas.

Stat. et ordinamus quod nulla persona audeat, vel presumat in aliquibus Castris, Villis, seu locis Statûs pred. et eorum tenimento aliquam Scrofam cum suillis, vel sine apta ad pascolandum retinere, et qui contra fecerit pena viginti sol. pro qualibet scrofa, et vice qualibet puniatur, qui accusatus fuerit aut per curiam et offitiales d. Comu̅is inventus fuerit, nisi aliter fuerit provisum per capitula specialia dd. Locorum.

De bestis euntibus per viam ad Fontem et Aquas.

Stat, et ordinamus quod unicuique de d. Statu absque aliqua pena, et damno liceat ducere per vias publicas seu convicinales ad aquas ad beverandum suas bestias, ac etiam in eundo foras, et reducendo ad suam domum, seu mansionem propriam, seu conductam non obstantibus quibuscumque capitulis seu contractis generalibus aut particularibus cujuscumque Castri, Villę, seu loci d. Status dummodo dd. bestię extra dd. vias publ. et convicinales, aut vicinales in possessionibus ullis convicinorum non pascolaverint seu aliter damnum dederint

Quod Custodes non gaudeant privilegio DD.rum Animalium.

Stat, et ordinamus, quod quilibet retinens animalia quęcumq. in pertinentiis d. Status, seu propria, vel aliena possessione, vel quovis alio modo teneatur, et obligatus sit integraliter solvere penas debitas ex forma presentium Statutorum et damnum emendare damnum passo non obstan. quod d. animalia retinere, seu spectent alicujus aliqua exceptione, privilegio, et quacumque alia causa, et immunitate etiam ecclesiastici privilegiat, et presens capitulum locum habeat tam in concessis quam in futurum etiam quibuscumq. privilegiis, et immunitatibus concedendis.

Quod nullus det damnum in locis bannitis, et forma servanda in bandis

Stat, et ordin. quod nulla persona audeat, vel presumat cum bestiis damnum dare in locis bannitis more solito et consueto sub pena duorum sold. cum dimidio pro qualibet bestia grossa, et porcina, et pro qualibet bestia minuta, et pecudina, seu caprina videlicet pro qualibet, et vice qualibet

58v

Si quis vero manualiter damnum dederit in silva aliena, bannita, seu aliis locis bannitis, in sol. decem denar. pro quolibet, et vice qualibet puniatur, et in quolibet dd. casu damnum emendet patienti. Volumus autem, et declaramus aliquis loca inculta bandiri non debere sine expressa licentia Adpropriatorum Loci ubi essent d. bona Dni Commissarii et Curiae d. Status, et si aliter fieret non servato ordine praed. d. bandimenta nullatenus valeant, seu poena aliqua exigi non possit.

De bestiis retinendis per Macellarios

Stat, et ord. quod Macellariis d. Status liceat, et licitum sit retinere in d. Statu, et ejus pertinentiis pro usu, et commoditate d. Macelli omnes, et quemcumque numerum bestiarum aptarum ad macellandum non obstantibus quibuscumque sanctionibus et reformationibus tam generalibus quam particularibus Locorum, et ad aliquam poenam si damnum non dederint minime teneantur

Si vero dd. bestiae damnum dederint in aliqua possessione, seminato, herba, prato, vinea et vitibus, olivis, glandibus, et aliis fructibus et arboribus fructiferis alienis ad poenam et emendam teneantur juxta formam capituli generalis de tali damno loquentis

Adjicientes quod bestiae caprinae per eos retineri non debeant in possessionibus alienis ubi essent vites, seu arbores fructiferae, si quis vero contrafecerit puniatur prout supra in capitulo generali de tali damno, et retemptione loquente, sed eas ducere teneantur per vias ad pascolandum in silvis, et locis ubi damna alicui inferri non possint.

Quod poenae de nocte duplicentur.

Stat. et ordinamus quod omnes singulae personae quae ex forma praesentium Statutorum venirent imponendae pro quibuscumque damnis datis, tam manualiter, quam cum bestiis de nocte commissis duplicentur, non obstante quod alias facerint, ex forma alicujus Statuti, et capituli, et qualibet alia causa, quam de nocte duplicari

De poena dd. in silva S. Crucis detta l'Eremita.

Stat, et ord. quod nulla persona audeat vel praesumat damnum dare in silva, et arboribus Eremi S. Crucis detta l'Eremita, si quis

vero ferro aliquo inciserit in solid. viginti pro quolibet et vice qualibet puniatur si quis vero immiserit aut retinuerit aliquas bestias grossas, seu minutas in d. Ecclesia Eremo Silvae et boni d. Ecclesie pro qualibet bestia grossa in solid. duobus cum dimidio et pro qualibet bestia minuta in solid. duobus vice qualibet puniatur, et in qualibet dd. casu pene predicte duplicentur, et quod unicuique liceat contrafacientes accusare, et eorum occasione cum juramento plena fides adhibeat, et habeat quartam partem damni et pene predicte et Curia ia predict. ex suo offitio per viam et modum inquisitionum, et per omnem alium modum procedere possint.

Santissime Trinitatis et Individuae implorato auxilio Amen.

Annotationes, additiones Statutorum, Reformationes Stabs Zorentilli facte formate per homines ad hoc specialiter electos in generali Consilio d. Stabs Arrengati in Ecclesia S. Marie de Mabevilla coadunat. publicat. et approbat. pridie Kalendas Decembris Anno a Virginitate Puerperio millesimo quingentesimo sexagesimo quarto sequuntur, et sunt tales

In primo capitulo de Regimine, et juramento d. Commissarii reponatur particula Cassa ? et d. Communi unum, vel plures sitte personas idoneos, et additio de consensu Illmi Dni seu ejus Locumtenentis

Item reponatur illa particula cassa (in causis vero criminalibus, et removeatur illa additio, et de Com. a tergo loco autem residui capituli incipien. et quod d. Comm. usque ad finem ponatur procede (Commissarii, seu ad Regimen deputati et ejus officium fiat per Sindicum seu Sindicos Comissarios cum Commissario successore illi qui sindicandus est, aut altero ad hoc specialiter deputato dummodo. et servatis servandis fact. claudatur sumptibus Comissus per succumbentem in fine Cause integre reficiendis, transmittat ad Consilium Sapientis neutri partium suspecti, et a d. Stabs intra viginti milliaria distantis cujus sententia statim executioni demandetur quacumque appellatione proposita penitus et remota

In capitulo de juramento DD. Priorum loco addit. in honorem

Dni et Communitatis pervenire, nisi fuerit contra honorem et utilitatem Dni
et Communitatis et a tergo ibi appareat cassa per Sindicum

In capitulo de officio Commissarii addat. quod unusquisque
et ponderare ad mensuram, et signanter ad sigillatas et pedes, et pon
dus d. Status, et cum mensuris et ponderibus d. Status adjustat, sub
poena decem librar. pro quolibet et vice qualibet de bonis contrave
nient. de facto auferen. et Cam. Illmi Dni Accusatori, et Executori pro
rata applican.

In capitulo de officio Capi addatur quod una cum duobus Consiliariis
de aliis duobus Terzerii per DD. Priores eligen. praecit nundini S. Mar
ni in capitulis qui Capitaneus et Consiliarii una cum D. Commissario
si commode poterit interesse habeant commodam facultatem ordi-
nan. mandan. imponen. exequen. differentias de facto terminan, et
silentium imponen, et quod d. Capitaneus a d. creationis usq. in d.
Statu Serravalli arma possit impune deferre

In capitulo de officio Viarii reponatur particula cassa incipien.
eligere unum, et addatur una cum Mag. Viarum, et removea
tur addito nisi fuerint verba

In capitulo de electione Sindici, et Notarii addatur quod Sindicatus
teneatur juxta formam ultimo loco datam in capitulo de juramen
to D. Commissarii, et hoc quatenus fuerit per partem petitur,
alias stetur sententiae Sindici

In capitulo de officio Extimatorum addatur quod in omnem eventum
legitimi impedimenti extimatores praedict. possint alios substitue
re cum hujusmodi et limitata potestate.

In libro Causarum Civilium et capitulo de executione Instrumentorum.

Addatur quod Apodixae licet manu pub. personae scriptae juramento
et quibusvis aliis munimini bus vallatae, et quod habeant
vim instrumenti pub. realiter et personaliter et obligatione
sub ampl. forma Camerae Apost.ae intra triennium tantummodo
a die ear. et celebrationis mereantur executionem. Quod triennio
elapso sint, et esse intelligantur ipso jure cassae et nullius roboris et mo-
menti, et pro solutis habeantur et pro talibus a foro reiciantur omnino.

In capitulo de Salario scripturarum cassentur repositiones et re-
plicationes

replicationes fact. voce t.^{ua} faciens pro quibus nihil solvat, et pariter pro accessu ad locum differentiæ item salarium Commissario I. U. D. duplicetur quando in loco ipso causam terminaverit et non aliter, nec alio modo.

In capitulo de præscriptionibus et possidentibus sub eo titulo cassatur omnino, et dispositioni juris remittatur.

In capitulo de jure congrui circa finem removeatur particula incipiendo, et si quis rem immobilem habuerit in quo pro pretio inter eos convento.

In Libro Causarum Criminalium.

In capitulo de pœna blasfemantis in illa particula incipien et si quis blasfemaverit, seu maledixerit Beatos Apostolos apponatur, et alios Sanctos et Sanctas Celestis Curiæ, quorum, vel quarum festivitates de præcepto Ecclesiæ celebrantur, et custodiuntur pro prima vice puniatur in quinque libris, pro secunda in decem, pro tertia in quindecim, pro quarta stetur per diem integrum et festivum ligatum publice ad merlinam.

In aliis vero Sanctis non declaratis in medietatem d. pœnæ puniatur servato ordine præd. consuetudinis vero autem arbitrio Illmi Dni puniatur.

In capitulo de ordine servando in maleficiis addatur quod si secus fecerit null. audeat et contrafaciens

In additione facta de pœna committentium homicidium removeatur dicta clausula.

In capitulo de pœna cognoscentis carnaliter addatur in finem et Curia in præd. suo ex officio procedere non possit, sed tantum ad accusam denunciam vel querelam patientis, vel ejus proximioris consanguinei, aut Mariti.

In capitulo de his qui eximuntur a pœnis reponatur illa particula cassata incipiens omnes et singulæ et cassetur additio

In capitulo quod a centum solid. reponatur cap. integrum in suis terminis sublata illa pœna 40. librar.

In quibus maleficiis pœnæ duplicentur, removeantur et omnes, et quæcumque aliæ personæ in aliqua dignitate constitut. et addatur quod in præd. suo ex officio procedere non possit, nisi delictum fuerit in Palatio vel coram Curia commissum.

In capitulo de ordine servando in accusationibus cassetur illud verbum pato

60v

cum nihil operetur.

In capitulo de pena Trocbantium ubi dicit neque audiatur in litibus, et criminalibus causis, addatur addatur tam active, quam passive

Libro extraordinariorum primo capitulo.

Addatur festivitas Sacratissimi Corporis Christi, que ibidem apparet omissa, et capum cauetur, et ponatur cum mensuris secundum datam de novo formam in pirám, et aurum formatis cum ferro, et mensuris dolonis adjectatis ad calciam, et quantum capere possint.

In capitulo quod forenses ubi dicit per annum addatur a die in quo ceperit in d. Statu possidere aliquam rem stabilem, vel mobilem aut per se moventia notabilis quantitatis judicio D. Commissarii, et Priorum pro tempore existentium.

In capitulo de pena capientis columbos videns removendi laqueoli

In capitulo de pena portantium arma removeatur illa ligatio, et pariter illa distantia armorum, et reducatur ad formam additionis antique, et pariter illa distantia centum pedum reducatur ad quinquaginta pedes

In capitulo de pena alienantium rem stabilem removeatur illa duo verba ad testare, et legare cum tota particula a tergo posita incipiente, et quod similiter usque ad et Notarius cujus loco ponatur, et pariter bona stabilia in confinibus existentia vel juxta confines licet extra Territorium sine licentia DD. Priorum.

In capitulo quod arbor pendens ubi dicit quod quindecim pedes adducatur, addatur prout in antiquis reformationibus

Libro damnorum datorum.

In capitulo de pena incidentium arbores excipiatur quercus infructifera, et decapitetur, que vulgo d. Cerquiglione, quam qui devastaverit pena viginti sold. puniatur in totum, et qui eam incaciaverit et traxaverit in medietate quercuum fructiferum puniatur.

In capitulo de pena manualiter dd. a tergo in fine, et in principio addatur. Plantas vero in locis silvestribus, et paludibus existens evellens in medietatem d. pene puniatur.

In capitulo personaliter dd. vel cum bestiis ad paleas et fenum et areas alienas et in fine cap. addatur. Et similiter damnum dans personaliter, et devastans aream alienam, vel ejus bestie porcium

parietem effoderint, et devastaverint ad pœnam præd. teneantur, et ad refectionem, et reparationem damni dati, et illati

In capitulo quod per Curiam et officiales a tergo tollatur illa concessio Custodis, seu Guardiani, et nullo pacto concedatur

In capitulo de bestiis retinendis per Macellarios declaretur quod a Pascate usque ad medium mensem Julii possint retinere quemcunque numerum agnorum pro usu eorum Macellorum, capras vero a medio mensis Augusti usque ad totum mensem Octobris, et non ultra pro usu solummodo eorum Macelli, et qui contrafecerit, puniatur prout non Macellarii ex forma illius Statuti puniuntur

Quod nemo det damnum Vię Saltus Cęci

Stat. et ord. quod nemo audeat vel præsumat quavis occasione sumpta deteriorare, aut devastare viam Saltus Cęci incipien. a pede Clivi sursum ascendens usque ad mediam Vallem Joannis dill. Argent. de Mariis, unde aqua defluens ab hospitio Communitatis exit fodiendo, arando, aut arbores cujuscumque generis vel quantitatis incidendo per sex pedes a d. Via hinc inde, ~~et~~ qui contrafecerit pœna quinque librar. pro quolibet et vice qualibet puniatur, et in prædicta Curia ex officio procedere teneatur, et cuicumque liceat contravenientem deferre et accusare cui cum juramento, et uno teste fide digno credatur omnino.

Annotationes, Reformationes, Additiones Correctiones, et Moderationes suprad. Statutorum per Illmum Dnum Albericum Cybo-Malaspina Marchionem Massę Comitem Ferentilli petitionibus, et instantiis per Comitem et Status Ferentilli mediante persona D. Bartolomei Ferentilli ejusdem Comitis Nuncii factis, nec non ob bonum publicum et aliis justis de causis animum præfati Illmi Dni moventibus factis et concessis ut infra

Libro primo

Capitulo reponatur illa verba d. Comitis unum idoneum fidejussorem, et in eodem caveantur illa verba de consensu cum sit locus appellationis, et propter absentiam in eodem reponatur

61v

tota particula cuera incipiens et finiens in causis ducentarum tam propter requisitionem nobis factam quam propter refrenandam audaciam delinquentium, in eodem cassentur verba et Commiss. super ad. rat. app.is in eodem in fine, et quod Dnus Comm.s capetur totum et ponatur capitulum integrum requisitum a Comt. incipiente quod processus et finiente et remota cum additione quod quandocumq. Illmus Dnus reperiretur in Statu Terentilli, vel in Urbe tunc appellatio prima ad eum devolvatur si petitum fuerit.

In alio capitulo incipiente. Statuimus et sub juramento Dominorum cassetur additio

In alio sub rubrica del Offitio Cam.rii conceditur quod in Statuto ponatur verba requisita attento quod hoc redditur in honorem et utilitatem d. Status habeatur ideo plena consideratio justi ponderis et mensure

In alio de officio Capitanei ponantur verba requisita cum additione quod quando cum aliis Capitaneis ab Illmo Dno prohibitum fuerit arma non deferri eidem quoque Capitaneo prohibitum quoque intelligatur

In alio de ordine retinendo conceditur ut petitum est cum id tendat ad ircitiorem Causarum expeditionem

In alio de Offitio Extimatorum conceduntur verba requisita cum additione in levibus Causis

In alio de electione Sindici conceduntur petita rationibus supradictis

Libro Civilium

In capitolo de executione Instrumentorum conceduntur petita

In alio de salario scriptvrarum conceditur quod cassentur prima verba responsiones, et applicationes

nihil solvatur secunda vero requisita

si vero d. Commiss. dicat et ponatur si Comm.t diferentiam terminabit salarium duplicatum, si autem salarium simplex, non semper diferentiae decidi possunt per Commissarium

Communitatum durante ejus affectio. Aliud capitulum de jure
scriptionibus tollatur totum et ad dispositionem Iuris reduca=
tur, ut petitur.

In alio de jure congrui tollatur versiculus si quis aliquem ad tenem
ut petitur.

Libro de Maleficiis

In capitulo de pena blasfemantis conceduntur petita apponi de=
bere in Statuto.

In alio de ordine retinendo in maleficiis petita addantur in fine.

In alio de pena committentium homicidium

propter homicidium treguam et pacem ruptam

In alio de pena cognoscentis carnaliter dicatur quod
in predicta Causa ex officio non procedat praeterquam in

et sodomie in quibus casibus etiam d. Com.

propter honorem consanguineorum procedentur et
secreto agat

In alio de his qui accipiuntur a penis

particula causa non apponatur in Statuto cum ex mi
nimis deveniatur ad majora et exinde inimicitie capitales
saepe occurrere solent, et in eodem arbitrio remaneat, cum
delicta non habeant remanere impunita.

In alio quod a Contenu ubi dicit quadraginta dicat
viginti

In alio in quibus maleficiis de ordine servando in accusationibus cas=
setur illud verbum pattare

In alio de pena contrahentium ponatur verba requisita actiue
et passive

In Libro Extraordinariorum.

In capitulo de diebus festivis ponatur omnino festivitas Cor=
poris Christi.

In alio de ordine retinendo per macinantes olivas ponatur
in statuto verba requisita.

In alio in quanto tempore forensis, conceditur quod appo=
nantur petita

62v

